ponam. Arcus fit ex repercuſſione radiorum ſolis in nube aquoſa. Nubes fuit magdalena: peccatorũ ſcilicet multitudine obſcura. Aquoſa fuit/ quãdo lachrymis pedes domini lauit. Radijs ſolis fuit repercuſſa: id eſt gratia dei reſperſa: et ſic facta eſt arcus bicolor quidem: igneus per gratię repcuſſionem: aqueus per lachrymarũ effuſionem: et ſic ponitur in nubibus cęli: id eſt inter ſanctos/ vt ſit fęd⁹ inter nos ⁊ deũ. Quis igitur iam valeat deſperare: qui videat arcum iſtum: qui inq3/ q̄ peccatrix tam ignominioſa effecta eſt inter ſanctos tam glorioſa: Oſee. ij. c. Dabo vallem achor ad aperiendã ſpem. Achor interpretat̃ ꝑuertens vel ꝑturbatio. Ipſa primo plurimos turbauit atq3 peruertit in vallem: id eſt profunditatẽ peccatorũ: hęc tamẽ facta eſt arcus cęli: id eſt ſpeculum eccleſię: vt iam nõ ſit locus alicui deſperandi. Arcus iſte debet ſemper tempore pluuioſo videri.

Cępitq3 noe.

a Signū federis. Fedus pacis publice ſolet p precones clamari. Et ex parte dñi clamauerunt angeli: Et in terra pax hominib⁹ bone volūtatl. Ex parte noſtra: Apl'us Roma.v.a. Iuſtificati ex fide/pacē habeam⁹ ad deū. Origeñ.eodem ad Roma.miraṫ quō hanc pacē tam ſolēniter factã:tam defacili volumus immutare. — Luc.2.b.

C

b Erant igiṫ filij noe ꝛc. Recapitulat de filijs noe: vt texat eorum generationē. — Il.ad hyſtiliã

c Ipſe eſt pater chanaan. Hoc dicit:q2 de ipſo chanaan ſtatim dicturus erat.

d Noe vir agricola. Zach.xiij.c. Homo agricola ego ſum:adã exemplū meū ab adoleſcētia mea.q.d. hoc fuit ſtudiū antiquoꝝ.

f Bibenſq3 vinum. Poſt diluuiū noe inebriatus eſt:q2 forte neſciebat vino poſſe inebriari. Nec eñ ante diluuiū leguṫ homies vino vſi: ideo d noe dr̃ ꝙ plãtauit vineã. Nudatio femoris ſequiṫ ebrietatē:ſicut libido ſacietatē. b Cum vidiſſet cham. Cham ridet dum membra videt detecta parentis: Iudei riſere dei penam patiētis.

Eritq3 arcus meus in nubibus ꝛ videbo illū:ꝛ recordabor federis ſempiterni:quod pactū eſt inter deū ꝛ inṫ oēm animã viuentē vniuerſe carnis q̃ eſt ſup terram. Dixitq3 a deus noe: Hoc erit ſignum federis qd̄ conſtitui inter me ꝛ omnē carnem ſuper terrã. b Erant igiṫ filij noe q̄ egreſſi ſunt de arca: ſem/cham ꝛ iac pheth. Porro cham/ipſe eſt pater chanaan. Tres iſti ſūt filij noe: ꝛ ab his diſſeminatū eſt oñe hominū gen⁹ ſup d vniuerſã terrã. Cepitq3 noe vir agricola exercere terram e f ꝛ plãtauit vineã: Bibenſq3 g vinū inebriatus eſt: ꝛ nudatur in tabernaculo ſuo. Qd̄ h cum vidiſſet chã pater chanaan: verenda ſc3 patris ſui

At vo ſem ꝛ iapheth.

Myſtice d Cepitq3 noe. Noe chriſtus:qui eſt agricola eccleſie. Hiere.xiiij.b. Quare colonus factus es in terra:et quaſi viator declinãs ad manendum? Ita querit hieremias/admirans ꝙ celicola factus ſit in terra colonus. Et reſpondet Eſa.lij.b. In egyptū deſcēdit popul⁹ meus in p̄ncipio vt colonus eſſet ibi.q.d. Popul⁹ meus colonus erat:ꝛ volo ei eſſe ſimilis/eadē via deſcēdēs/qua ꝛ ꝓplus. Luc.x.f. Samaritan⁹ eadē via deſcēdit qua deſcēderat ille q̄ incidit in latrones. In hoc dat exemplū hūilitatis et ꝯformitatis p̄latis. Eccl.xxxij.a. Rectorē te poſuerunt ꝛc. e Et plãtauit vineã: id eſt ſynagogã. Eſa.v.a. Vinea facta ē dilecto meo. Et.j.b. Vinea dñi exercituū domus iſrl' eſt. Vino huius vinee.i.ꝑſecutione: inebriatus eſt noe. Iob.xvj.b. Exprobrãtes ꝑcuſſerūt maxillã meã:ſaturati ſunt penis meis. In hoc qd̄ diciṫ:inebriatus: notaṫ affluentia ꝛ obliuio ſui. Plures enim potatiões faciunt ebriū ꝛ oblitū ſui. Unde petrus eum quaſi oblitū ſui monuit/dicēs: Propitius eſto tibi dñe: Matth.xvj.d. Sed nō acquieuit ei dñs: imo repulit eū quaſi aduerſariū ꝛ inimicū humano generi/dicens: Vade retro ſathana:tu mihi ſcandalum es. Volebat eñ bibere vinū ſue vinee. Ioh.xviij.b. Calicē quez dedit mihi pater/non vis vt bibã illum? Certe multiplex fuit potus iſte: Contumeliaꝝ:detractionū:verberum:alaparum:ſputorū:aceti:mortis. Unde ꝓpter multitudinē appellaṫ ebrietas. Threñ.iij.b. Repleuit me amaritudinibus:inebriauit me abſinthio. Confregit ad numerū dentes meos: cibauit me cinere. Sed q2 homo hoc nō attendit: ideo ſubdit: Recordare paupertatis ꝛ trãſgreſſionis mee ꝛ abſinthij ꝛ fellis. Memoria memor ero:dicit eccleſia ꝓ filijs ſuis: ꝛ tabeſcet in me anima mea. Hec recolēs in corde meo: in deo ſperabo. Itē eſt aliud vinū quo chriſtus inebriatus eſt/ſc3 vinū charitatis:qua intãtū dilexit nos/vt ꝛ mori propter nos voluerit. Ps. Et calix meus inebrians q̄3 p̄clarus eſt. De hoc dicitur infra.xliij.g.ꝙ ioſeph cū fratribus ſuis inebriatus eſt. Sequiṫ: g Et nudatur in tabernaculo: id eſt in medio ſuorum/ad maiorē cōfuſionē. Ad litterã:proprijs veſtibus:vel a ſuis derelictus. Iob.xix.b. Noti mei quaſi alieni receſſerūt a me: dereliquerunt me ꝓpinqui mei. Vel Nudaṫ: q2 tūc maxime apparuit aſſūpta hūanitas ꝛ infirmitas. Hãc nuditatē mlt'i cōtemnūt/nō itelligētes myſteriū crucl ꝛ vtilitatē diſcipline. Prouerb.xv.a. Stultus ridet ad diſciplinam patris ſuis:id eſt chriſti:q̄ ꝓ noſtris debitis tam aſpere diſciplinatus eſt. Eſa.liij.b. Attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtre ſuper — Ps.22.

eum. Adhuc irrideṫ chriſti nuditas in mēbris ſuis imitantib⁹ eum. Iob.xij.a. Derideṫ iuſti ſimplicitas/lampas ꝯtempta apud cogitationes diuitum. Qui tamē dicturi ſunt: Nos inſenſati/vitam illorum eſtimabamus inſaniã. Sap.v.a. Beatus Berñ. Egyptiaca malicia ꝛ herodiana crudelitas eſt/natum ꝑſequi ſaluatorē: ꝛ allidere paruulos iſraelis. Si quid eñ ad ſalutem pertinens: ſi quid religionis exigitur: quicunq3 reluctatur: quicunq3 repugnat/cū egyptijs maſculos iſrl'itici germinis necare conaṫ:imo cum herode naſcentē perſequiṫ ſaluatorem. Mali materiam irriſionis querunt in cruce/crucis baiulos irridentes. Quod notatur hic cum dicitur: — 35.diſ.c.i.añ ſi. et.c.ſexto die — 2.q.7.c.Niſ.et c.ſentētia.et.c. plerūq3 15.q.5.c.de crimine

h Cū vidiſſet cham verēda/ſc3 patris. S3 boni ſubtilius et interius

d Cepitq3 noe. Noe prelat⁹:cui⁹ officiū eſt p̄mo exercere terrã corporis ſui: vt poſtmodū terram ſubditoꝝ exerceat.j.Corinth.ix.d. Caſtigo corpus meū ꝛ in ſeruitutem ꝛc.j.Timoth.iiij.b. Exerce te ad pietatem.j.Timoth.iij.a. Si quis domui ſue preeſſe neſcit:quomodo eccleſie dei diligentiã habebit? Eſaie.xxvj.d. Iuſticiam non fecimus in terra noſtra: ideo non ceciderunt habitatores terre. Sed ſignanter dicit: Cepitq3 noe ꝛc. Semper eñ dicendū eſt cū Ps. Et dixi nūc cepi. Eccl.xviij.a. Cū ꝯſummauerit homo/tūc incipiet. Noe plantat vineã: quãdo p̄latus verbo ꝛ exemplo edificat eccleſiã. Prouerb.vlt.c. De fructu manuū ſuaꝝ plãtauit vineã. Plus eñ ꝓficit opere/q̄3 ſermone. Tunc autē bibit vinū de vinea: qñ de ꝓfectu ſuorū gloriaṫ. Sed qñ plus debito/ſuo ꝓfectu gloriaṫ:tunc inebriaṫ et nudaṫ merito et premio. Iob.xxxj.c. Si vidi ſolē cū fulgeret in die:id eſt ſi gloriatus ſum in proſpera cōuerſatione ſubditoꝝ: ꝛ lunã incedentē clare:id eſt arriſi claritati fame mee:et oſculat⁹ ſum manū meã: qd̄ eſt iniq̄tas maxima/ꝛ negatio cōtra deū: id eſt ſi laudem q̄ſiui de ope meo. g Vel Nudaṫ noe in tabernaculo ſuo: qñ p̄latus cōmendat opa ſua inter domeſticos ſuos:et ꝓpter imoderatã gloriã ꝑmittit eum dñs cadere in apta peccata. Hiere.xiij.b. [illegible] implebo ſacerdotes ꝛ ꝓphetas ꝛ oēs habitatores hieruſa[illegible] [illegible]rietate:id eſt impleri ꝑmittã. Et i fine capituli: Quia oblita es mei ꝛ confiſa es in mēdacio/ecce ego nudaui femora tua. Aliqñ eñ accidit h̄ p̄latis: vt denudentur femora ſua p luxuriã. Unde.ij. Regū.x.in p̄n. nuncijs dauid trūcanṫ tunice vſq3 ad nates. Chã ridet/ nūciat alijs. Hi ſunt mali ſubditi: q̄ peccata p̄latoꝝ alijs manifeſtant. Et nota ꝙ in noe ſuggillaṫ gloriatio de ꝓfectu bonorū: in cham inſultatio de exceſſu maloꝝ. Beatus Berñ. A dextris ꝛ a ſiniſtris ꝓuidendū ē nobis: Nã a dextris inſidianṫ nobis tria: que timēda ſunt de ꝓfectu bonoꝝ:ſc3 inanis gloria:inuidia:emulatio indiſcreta. Videntes eñ aliq̄ nō inuidētes ꝙ daniel ex parſimonia ſua cōſecutus ſit ꝓphetiã/laborant incaute: et nimis abſtinēt/et ꝓphani fiūt poti⁹ q̄3 ꝓphete. A ſiniſtris inſidianṫ ſilr' tria. Exultatio:3 qd̄ Prouerb.xxiiij.c. Si ceciderit inimic⁹ tuus/ne gaudeas:ꝛ in ruina ei⁹ ne exultet cor tuū. Reuelatio:qd̄ valde ꝑiculoſū ē/niſi tali q̄ velit ꝛ poſſit ꝓdeſſe ꝛ nō obeſſe. Abōiatio: Tales eñ abomiatores q̄ nō cōdeſcēdūt infirmis/abomiabiṫ dñs. Eſa.lxv.a. Qui dicūt/recede a me:nō appropiques mihi:q2 imūdus es: Iſti fumus erūt in furore meo:ignis ardēs. Origeñ.ad Ro. Quidã ſtati peccatores abijciūt:ꝛ ab eccl'ie ſocietate depellūt:hi volunt facere ne chriſt⁹ aliq̄d nr̃i portare velit: cū null⁹ ita ꝑfectus ſit q̄ nō indigeat portari a chriſto/q̄ libenter oēs portat. Eſa.xlvj.b. Uſq3 ad ſenectã egoipſe:ꝛ vſq3 ad canos ego portabo. — Moraliter — Ps.76.

☞ b ¶At vo ſem et iapheth. Gregori⁹ in moral. Auerſari di
Greg⁹.25.li. moral.ca.22. cimur qd reprobamus. Quid ergo eſt ꝙ filij verenda patris
ſuperiectis dorſo pallijs auerſi veniendo operiunt: niſi qꝛ bo/
nis ſubditis ſic p̄poſitorũ ſuorũ mala diſplicent/ vt tñ hec ab
alijs occultent: Operimentũ auerſi deferũt: quia dijudicãtes
factum: et venerantes
magiſtrũ/ nolũt vide/
re qd tegunt. d ¶Fi/
96.diſ.c.in ſcripturis lius ſuus minor.
Minor ſtatura. Vel
minor: id ē indignior.
Vel de iapheth dicit:
qui cũ minor eſſet na/
tu: prudẽtior fuit: chã
maior. Peccauit autẽ
cham in tribus: quia
non operuit quod de/
buit: ⁊ qꝛ riſit qd do/
lere debuit: et qꝛ qd
ſol⁹ vidit/ alijs ꝓpala/
1.q.4.c.ec/ cleſia.in fi. uit: Iuxͣ illd Matth.
24.q.3.c.cũ ꝫ xviij.b. Si peccauerit
in te ⁊c. Iudeus dicit
ꝙ cham virilia patris
abſcidit: ne alios filios
haberet/ cupiditate he
reditatis habẽde. Qd

a eſſe nudata: nũciauit duo/
bus fratribus ſuis foras. At
b vero ſem ⁊ iapheth/ pallium
impoſuerũt humeris ſuis: et
incedẽtes retrorſum/ operu/
erunt verẽda patris ſui: Fa/
cieſqꝫ eorum auerſe erant/ et
patris virilia non viderunt.
Euigilans autem noe ex vi/
c no: cũm didiciſſet que fece/
d rat ei filius ſuus minor/ ait:
e Maledict⁹ chanaan puer:
ſeruus ſeruorum erit fratri/
f bus ſuis. Dixitqꝫ: Benedi/
ctus dominus deus ſem: ſit

cõiectant ex hoc quod ſequit: Videns que fecerat ei. Sed nõ
eſt credendũ. e ¶Maledictus chanaan puer. Et qꝛ
terram chanaan ꝓmiſſurus erat domin⁹ filijs iſrael: vt ſic ſci/
rent nomẽ eius. Maledictus chanaan. Non filio ſuo ſed
filio filij maledicit: quia ſciebat ipſum in ſpiritu non pſonaliter
ſeruiturum fratribus ſuis: ſed ſemen eius: nec omnes de ſemi/
ne eius: ſed tñ illos qui de chanaan. Et eſt ſenſus: Non lete/
ris o cham de filio tuo chanaan: ſicut nec ego de te. Vel ideo
maledixit chanaan et non cham: quia deus benedixit eum in
egreſſu de arca. Unde Numeri. xxiij.b. dicit balaam. Quo/
modo maledicã populo cui benedixit domin⁹: Greg⁹. Patre
peccante/ punitur filius: quia reproborũ nequitia hic diu pro/
ficit: ſed in poſterũ perit. Chryſo. dicit: Hec maledictio venit
in gabaonitas: Ioſue.ix.d. f ¶Benedictus dominus.
Prophetia eſt: quia preuidit in filijs ſem nomẽ ⁊ cultũ vnius
dei ꝑmanſurũ: ceteris ad idolatriã tranſeuntibus. Benedixit
autem deo: cuius gratie hoc imputandũ eſt. g ¶Dilatet
deus. Hoc iterum ꝓphetia ē. Gentes enim que de iapheth
dilatate ſunt et numero et cultu deoꝝ: nunc autẽ deo auctore
inſerte ſunt trunco oliue: vt dicit apoſtolus Roma.xj.c. He/
breus hoc refert ad gentes: que fuerunt de iapheth: et in ma/
gnis ſolẽnitatibus in hieruſalem cõuenire ſolebant. Dilatet
de⁹ iapheph ⁊c. Hieronym⁹. De ſem hebrei: de iapheth
gentiles. Glo. Eſa.liiij.a. Dilata locũ tentorij tui. Eſa.xlix.f.
Adhuc dicẽt i aurib⁹ tuis filij ſterilitatis tue: Anguſt⁹ ē mihi
locus: fac ſpaciũ mihi vt habitẽ: inter gentiles. Quia igit lata
eſt multitudo credentiũ/ a latitudine q̄ iapheth dicit/ latitudo
noiat. Qꝛ aũt ait: Habitet i tẽtorijs ſem: d nob ꝓphetat:
q̄ in eruditiõe ⁊ ſciẽtia ſcp̄turarũ eiecto iſrael verſamur.
Myſtice ✠ tilius ⁊ interi⁹ intuẽtes/ in ea gloriã inueniũt: in nullo alio
gloriantes. Gal. vlt. d. Abſit mihi gloriari niſi in cruce dñi
noſtri ieſu chriſti. j. Cor. j. d. Nos predicam⁹ chriſtum cru/
cifixum: iudeis quidem ſcandalũ: gentibus autem ſtulticiam:
ipſis autem vocatis iudeis atqꝫ grecis chriſtũ dei virtutem
et dei ſapientiã. Sed multi reuera crucem ⁊ crucis moleſtias
predicãt: ſed eã cũ chriſto ferre nolũt. Qd innuit per h qd ſe/
quit. a ¶Nunciauit duob⁹. Matth.xxiij.a. Super ca/
thedram moyſi ſederunt ſcribe ⁊ phariſei: Omnia ergo que/
cũqꝫ dixerint vobis/ ſeruare ⁊ facite: ſm vo opa eorum nolite
facere. Dicũt em̄ ⁊ nõ faciũt: Alligant aũt onera grauia ⁊ im/
portabilia/ ⁊ imponũt in humeros hominũ: digito autem ſuo
nolunt ea mouere. Sed ſem ⁊ iapheth: id ē boni doctores ⁊ p̄/
lati/ palliũ ponũt in humeros: id eſt charitatẽ in opere: ⁊ ope/

riunt verenda patris/ imitãdo eius paſſionẽ. Si em̄ partici/
pem me facio ignominie vie tue: i parte velo ignominiã tuã
⁊ porto eam. Sed quid eſt ꝙ auerſa facie incedebãt operire
verẽda patris: niſi ꝙ bonis ſubditis p̄poſitorũ ſuorum mala
diſplicent: ⁊ tamẽ ea alijs quãtum poſſunt occultãt: ſicut di/

g chanaan ſeruus eius. Dilã/
tet deus iapheth ⁊ habitet in
tabernaculis ſem: ſitqꝫ cha/
naan ſeruus eius. Vixit au/
tem noe poſt diluuium tre/
centis quinquaginta annis:
et impleti ſunt omnes dies
eius nongẽtorum quinqua/
ginta annoꝝ/ ⁊ mortuus eſt.
b Hec ſũt gene ¶Ca. X.
b rationes filioꝝ noe: ſem
chã et iapheth. Nati
i qꝫ ſunt eis filij poſt diluuiũ.
k l Filij iapheth: gõmer et mã/
m n gog ⁊ †madai: iãnan ⁊ tũbal

cit Greg⁹. in moral.
De reuerentia p̄lato/
rũ dicit Bern̄. Non
ſufficit exterius ob/
temperare prelatꝭ/ ni/
ſi interius quid ſubli/
miter ſentiam⁹ de eis.
Et ſi enim adeo in/
digna alicuius prelati
vita operitur/ vt nihil
oĩno excuſationis/ ni/
hil diſſimulatiõis ad/
mittat: propter eum
tamen a quo omnis A
poteſtas eſt/ excelſum 1.Paral.1.a
eum reputare debe/
mus: non ꝓprijs per/
ſone meritis: ſed ordi/
nationi diuine et di/
gnitati officij deferẽ/ Al.†madal
tes. Idem. Sileam⁹
interim de magiſtris

eccleſiarũ p̄latis: ſic em̄ faciẽdũ ē: et ſic placet illis vt euadãt
humana iudicia/ vt tãdem incidãt i iudiciũ: qd in his qui p̄/
ſũt/ fiet/ inuit qd dꝛ Sap.vj.a. Iudiciũ duriſſimũ fiet his q̄
p̄ſunt: Exiguo em̄ cõcedit miſericordia: potẽtes aũt poten/
ter patient tormẽta. Itẽ per h ꝙ retro aſpiciẽtes incedebãt:
ſignificat ꝙ nõ debem⁹ de operib⁹ noſtris h querere remu/
neratiõnẽ: ſic hypocrite/ ſꝫ in futuro: q̄bus dic dñs Matth.
vj.a. Amen dico vobis: quia receperũt mercedem ſuam.
c ¶Cum didiciſſet que fecerat ei filius ſuus minor
⁊c. Hoc eſt/ quia domin⁹ ꝑ minores et ſimplices nos verſu/
tos ⁊ callidos arguit in iudicio: qui modo patris verenda no
lumus operire per imitatiõnẽ. Simplices ⁊ idiote ſibi celum
rapiunt: et nos cum litteris noſtris ad inferna demergimur.
Vetule pegrinant: ⁊ nos i ſtratis eburneis laſciuim⁹. Amos
vj.a. Ve vobis qui opulenti eſtis in ſion: qui dormitis in le/
ctis eburneis: ⁊ laſciuitis i ſtratis veſtris: q̄ comeditis agnũ
de grege/ et vitulos de medio armenti: qui canitis ad vocem
pſalterij: bibentes i phialis vinũ: optimo vnguẽto deliburi:
⁊ nihil patiebant ſup cõtritione ioſeph: quapropter nũc mi/
grabunt in capite tranſmigrantiũ. Iob.x.c. Inſtauras teſtes
tuos cõtra me. Matth.xij.d. Viri niniuite ſurgent cũ gene/
ratiõe iſta: ⁊ cõdemnabũt eam: quia penitentiã egerũt in p̄/
dicatiõe ione. Mirabile/ imo miſerabile eſt: Niniuite ad duo
verba ione induerunt ſe ſacco: ⁊ tota die verberant aures no/
ſtras ſacra verba: ⁊ tñ non mouemur. Et illud terribile: Me/
retrices ⁊ publicani p̄cedent vos i regno dei: Matth.xxj.c.
b Hec ſunt generationes fi/ ¶Expo. Ca. X.
b liorum noe. Benedictis duob⁹ filijs noe et medio
maledicto/ generatiões eorum texunt: ex quibus ſe/
ptuagintadue generationes orte ſunt. xv. de iapheth. xxx.
de cham. xxvij. de ſem. Ad quas miſit dominus ſeptuagin/
taduos diſcipulos: Luc. x.a. i ¶Gomer. Hi ſunt galate/
ſm Ioſephum: qui latine gallogreci dicuntur. k ¶Et ma/
gog: id eſt ſcythe qui et maſſagetes dicunt vel putantur.
l ¶Madai: id eſt medi. m ¶Ianan: id ē iones: q̄ ⁊ greci:
a quibus ionium mare: ⁊ quinta lingua eorum ionica dicit.

Lingue grecorũ ſunt quinqꝫ:
- Attica. i. athenienſiũ.
- Eolica.
- Dorica.
- χοιροσ. i. cõmunis.
- Ionica.

n ¶Tubal: id eſt iberes/ qui et hiſpani: a quibus celtiberia:
licet quidam italicos ſuſpicentur.

a Moſoch.i. cappadoces/ quorū metropolis hodie mathaca dr̄. b Thiras: a q̄ thraces. c Aſcenez: qs greci regmos vocant. d Et riphat.i. paphlagones.. e Et thogorma.i. phryges. f Eliſa: a q̄ eliſei.i. greci: q̄ ⁊ eolides dicunt̄: g Et tharſis.i. cilices: quorū ciuitas tharſus ciuitas pauli. h Cethim: a quo cethei vl̄ cithij: quorū ciuitas hodie dicit̄ cithis. i Et dodanim: hi ſunt rhodij. k Ab his diuiſe.i. filijs noe diuiſis in ſeptuaginta/ duos populos: quindecim iapheth/ triginta cham/ vigintiſeptē ſem: ⁊ his poſt linguarum diuiſionem terra

B

Paral.i.a. diuiſa eſt. Uel his: id eſt filijs iapheth: terra in qua habitauerūt ſcꝫ europa inter ſe diuiſa eſt. Et ſimilit̄ de

Al. c. non eſt ius vero filijs cham ⁊ ſem intellige. l In regionibus ſuis. Hoc ꝑ ꝓlepſim.i. ꝑoccupationē: necdū em̄ lingue diuiſe. m Chus: Hec eſt ethiopia. n Meſraim: id ē egyptus. o Phuth: id ē libya: vnde fluui⁹ mauritanie phuth: et oīs regio phutēſis dicit̄. p Chanaan: a quo chananei: Hic obtinuit terrā quā iudei poſtea poſſederunt/ eiectis chananeis. q Saba: a quo ſabei. r Et euila: pars ethiopie occidētalis: Getuli in ꝑte remotioris aphrice deſerto adherentes. s Sabatha: a q̄ ſabatheni qui nūc aſtabari ſm̄ Hiero. t Regma ⁊ ſabathaca. Hiero⁹. Paulatim antiqua noīa ꝑdiderūt: ⁊ q̄ nūc ꝓ antiqs habeant ignorat̄. v Saba.i. arabia/ alia qꝫ ſupior: Et differūt ī ſcriptura. Illa em̄ ꝑ ſamech: hec ꝑ ſchin ſcribit̄.

Ps.71. Ubi em̄ dicim⁹: Reges arabū ⁊ ſaba dona adducent: In hebreo habet̄: Saba ⁊ ſaba. x Et dadan: ethiopie vltima regio. y Nemroth: qui ꝑnceps ſupbe turris. Uel gigas nemroth: q̄ vltra naturā celū penetrare voluit: ſignificat diabolū/ q̄ ait: Aſcēdā ſupra aſtra celi: Eſa.xiiij.d. Itē Michee v.b. Suſcitabo ſup eū ſeptē paſtores ⁊ octo ꝑmates homies: ⁊ paſcent terrā aſſur in gladio/ ⁊ terrā nemroth ī lanceis eius. Itē ꝑ nemroth/ ſignificant̄ ꝑncipes ⁊ ꝑlati/ ꝑpt̄ duo.ſ. ꝓpter amorē dn̄andi: ⁊ auſteritatē imperij. Amor ſeu dn̄andi volūtas repꝛhendit̄ a dn̄o: Matth.xxiij.a. Uos autē nolite vocari rabbi: Un⁹ eſt em̄ magiſter veſter: oēs aūt vos frēs eſtis. Un̄ de alchimo qui volebat fieri ſacerdos: legit̄.i. Machab.ix.f. Percuſſus eſt alchimus ⁊ impedita ſūt opera illius: ⁊ occluſum eſt os eius: ⁊ diſſolutus eſt paralyſi. Et ſi volūtas dominandi ita punit̄: quāto magis puniet̄ ꝓcuratio ⁊ intruſio impudens: De auſteritate dicit̄ Ezech.xxxiiij.a. Ue paſtoribus iſrael qui paſcebant ſemetipſos: ⁊ non greges meos. Lac comedebatꝭ: ⁊ lanis opiebamini. Et.ī. Qd̄ pierat nō queſiſtis: ſed cum auſteritate impabatis ⁊c̄. Porro nemroth ſm̄ Joſephum: noua regni cupiditate tyrānidem rapuit: et fuit auctor edificande turris que tangeret celum. z Ipſe cepit eſſe

Ps.111. potens: vel gigas/ ſm̄ alios. Potēs in terra. Ps. Potens in terra erit ſemen eius. Hiere.xvij.b. Recedētes a te/ in terra ſcribent̄. Sed boni ſcribunt̄ in celo. Luc.x.d. Gaudete

a et mōſoch et thirās. Porro
b c d filij gomer: āſcenez et riphāt
e thōgorma. Filij aūt ianan
f g ēliſa et thārſis cēthim et do/
h dānim. Ab his diuiſe ſunt
i k l inſule gentiū ī rēgiōib⁹ ſuis:
vnuſqſqꝫ ſm̄ linguā ſuā ⁊ familias in natiōib⁹ ſuis. Filij
m n aūt cham: chūs ⁊ mēſraim et
o p phūth et chānaā. Filij chus
q r ſabā et euila et ſabātha et
s t regma ⁊ ſabathaca. Filij re/
v x gma: ſabā ⁊ dādan. Porro
y chus genuit nēmroth: Ipſe
z cepit eſſe potēs in t̄ra: et erat
a robuſtus venator corā dn̄o.
Ab hoc exiuit prouerbiū: qſi nemroth robuſtus venator
b corā domino. Fuit aūt principiū regni eius babylon: et arach et archath ⁊ chalanne ī terra ſennaar. De terra illa
c d egreſſus ē āſſur: ⁊ edificāuit niniuen ⁊ plateas ciuitatis ⁊ chale: Reſen quoqꝫ inter ni/
e niuen ⁊ chale: Hec ēſt ciuitas magna. At vo meſraim
f genuit ludim ⁊ ananim ⁊ laābin ⁊ †nephetuim ⁊ †phetuſim et cheſluim: de quib⁹ egreſſi ſunt philiſtijm ⁊ chapturim.
g Chanaan autē genuit ſidō/
h nem primogenitū ſuū/ ethēū et hiebuſeum et amorreum:
i gergeſeū eueum et arācheū:
k l cyneum ⁊ arādiū: ſamārithē
m ⁊ amātheū: Et per hos diſſeminati ſūt populi chananeorum: Factiqꝫ ſunt termini chanaan veniētibus a ſidone gerara; vſqꝫ gaçam/ do/
n nec ingrediaris ſodomām et gomorrā ⁊ adamā et ſeboim vſqꝫ †leſa. Hi filij cham ī cognationib⁹ ⁊ linguis ⁊ generatiōibus terriſqꝫ et gentib⁹ ſuis. De ſem quoqꝫ nati ſūt:
o patre omniū filiorum hēber:
p fratre iapheth maiore. Filij
q r ſem: elām ⁊ aſſūr ⁊ arphāxat

q: noīa vr̄a ſcripta ſunt ī celo. a Robuſtus venator.i. hominū oppreſſor ⁊ extinctor: quos allexit ad edificandā turrim/ vt cōtra deū cōſtruerēt. Cantor parieñ. dicit: Uenatorē

86. diſ. c. q venatoribus

ſactū nō legi. In Hieremia tn̄. xvj. d. legitur: Uenatores ex oī monte colligā. Eſt autē venatio illicita ex ꝑſona: vt a cleri/

De cle. vena. c. i

co: ex tempore/ in. xl. ex cauſa/ vt ſi fiat cauſa voluptatis corporis: vt lamech. Sed

C

ſi fiat a paupere laico cauſa paſcendi ſe et familiā ſuā/ ſuſtinendū

Al. †nepthuim
Al. †phetruſim

eſt: ⁊ ex tali venatione

†De decimis. c. non eſt

tenet̄ decimas dare. Aucupiū vo ſi fiat in licio vel fiſtula: licitū eſt. Unde: Fiſtula dulce canit volucrē dum decipit auceps. Sed ī falconib⁹ ⁊ ceteris ſūptuoſis/ illicitū credo: niſi forte regib⁹/ ⁊ huiuſmodi quib⁹ etiā ſericis veſtib⁹ vti licet: nō ꝓ ſe ſed ꝓ regibus/ ne vileſcat regia poteſtas et min⁹ timeat̄. Et nota ꝙ in generationis ſerie poſt dilu/

Al. †ieſa

uiū nō dicit̄: Et mortuus eſt: ſicut dicebat̄ ante. Et eſt ratio litte/

i. Paral. i. b.

ralis. Ante diluuium ideo apponit̄: vt intelligat̄ ſolus enoch exceptus a morte: Poſt diluuiū aūt nullus exceptus eſt vſqꝫ ad tempus legis. Ratio myſtica ē: q: ꝑ diluuiū baptiſm⁹: ⁊ ante baptiſmū omnes inuoluebat mors/ ſubmergens eos ad min⁹ in limbum: poſt baptiſmū non. Uel quia per diluuium extre/

Ps.48.

mū iudicium figurat̄: ante qd̄ omnes morti addicti ſunt: poſt qd̄ nullus: quia boni in perpetuū viuent: malos autem mors depaſcet eterna. Sic enim iuſtum eſt/ vt qui ſine termino vixit in culpa: ſine fine viuat in pena. b Coram domino. Hoc maxime clericis conuenit: qui abomiatiōes ſuas faciūt ante faciē dn̄i. Eſa.lxv.a. Popul⁹ q̄ ad iracūdiam prouocat me/ ante faciem meā ſemper eſt: qui imolant in hortis: ſeipſos ſcꝫ dedicant diabolo in locis voluptuoſis. Hiere.xj.c. Quid eſt quod dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa: c Aſſur: Imperiū aſſyriorū: qd̄ primū fuit ſub nino: qui edificauit niniuen: que propter penitentiā pulchra appellat̄. d Edificauit: ſcd̄m hebreos: qꝫuis ninus filius beli edificauit. e Hec eſt ciuitas: ſcilicet niniue. f Laabin. Hec eſt libyes: que prius phuth. g Sidonem: a quo ſidon ciuitas phenicis. h Etheum et hiebuſeum ⁊c̄. Hos populos expulit iſrael de terra ꝓmiſſionis. i Aracheum. Hieronym⁹. Hic condidit arcas oppidum contra tripolim in radicibus libani. k Et aradium: a quo aradij/ qui aradiam inſulam tenuerunt. l Samarithen: a quo ſamaria. m Et amatheum: ab aſſyrijs vel hebreis antiochia: ſicut apud veteres emath vocatur. n Sodomā et gomorram ⁊c̄. Hec ciuitates note ſūt ſua ſubuerſiōe. o Heber. Heber q̄ cū quit⁹ a filio ſem: id ē qntus a noe ꝑ filiū ſem: vtrū q: hebrei dicunt̄ ex illo appellati: vl̄ q: per illū generatio ad abraam tranſit: qd̄ ḡ probabili⁹ ſit hebreos dici tanqꝫ hebereos vel tāqꝫ abraeos/ merito querit̄. p Elam: a quo elamite principes ꝑſidis. q Et aſſur. Aſſur q̄ edificauit niniuen: a quo aſſyrij r Arphaxat: a quo chaldei.

a Lud: a quo lydij b Aram: a quo dicti ſyrij: quorū me/
tropolis eſt damaſcus. c Hus: a quo terra hus: quā .lxx.
auxitidem: id eſt auſtralē dicunt. Unde/ Uir erat in terra hus
nomine iob: Hic cōdidit traconitidē ⁊ damaſcū. d Hul:
a quo armenij: Hi ab euphrate fluuio aſię partē vſq3 ad indi/
cum oceanum tenent.

a et lūd et arām. b Filij arā: c hūs d et hūl ⁊ e gēther ⁊ f mēs. At vo
arphaxat genuit ſale: de quo
ort⁹ ē heber. Natiq3 ſunt he/
ber filij duo: Nomē vni pha
lech: eo ꝙ in dieb⁹ ei⁹ diuiſa
ſit terra: et nomē fratris eius
iectan. Qui iectan genuit el/
g mōdad ⁊ ſaleph ⁊ açarmoth/
+iare et aduram et vçal ⁊ de/
cla ⁊ hebal ⁊ abimahel: ſaba
et +ophir et euila+et iobab.
Oēs iſti filij iectan. Et facta
eſt habitatio eoꝝ de meſſa ꝑ/
gentibus vſq3 ſephar montē
orietalē. Iſti filij ſem ſm̄ co/
gnatiōes et linguas ⁊ regio/
nes i gentib⁹ ſuis. He fami/
lię noe iuxͣ pplos et natiōes
ſuas. Ab his diuiſę ſūt gen/
tes in terra poſt diluuiū.

Ca. XI.

b Erāt aūt ter/ra labij vni⁹ et ſermo/
i nū eorūdē. Cūq3 ꝓ/
ficiſcerent̄ de oriēte/ inuene/
k l rūt cāmpū i t̄ra ſennaar ⁊ hā
bitauerūt i eo. Dixitq3 alter
m ad ꝓximū ſuū: Uēnite facia
mus lateres ⁊ coquam⁹ eos
igni. Habuerūtq3 lateres ꝓ
n ſaxis: et bitūmen ꝓ cemēto/
⁊ dixerūt: Uenite/ faciamus
o nobis ciūitatē et turrē cuius
culmē ꝑtingat+ad cęlū: ⁊ cele
p q brem⁹ nōmē nr̄m āteq3 di/
uidamur i vniuerſas terras.

B e Gether: a quo ar/
carnanij ſiue arcarij.
Al. +meſa f Et mes: a q̄ meſij:
quos ſeptuaginta mo/
ſoch: id eſt meones di
cunt. g Elmodad
⁊ ſaleph: He gētes
a fluuio cono poſſede/
rūt omnē regionē quę
vocatur geria.

Expo. Ca. XI.

Al. +iaram b e Rat autem
terra. Terra
id eſt eccleſia:
Al. +iophir erat vnius labij: id eſt
Al. +iobad vni⁹ fidei: vniuſq3 pro/
feſſionis anteq3 ꝑ he/
reſes diuideret̄. De h
labio Sopho. iij. b.
Reddā ꝑplis meis la/
biū electū: vt inuocēt
omēs in nomie dn̄i: et
ſuiāt ei humero vno.
Actl. iiij. f. Multitu/
dinis aūt credentiū erat coꝛ vnū ⁊ aīa vna. Corde ſcimus: aīa
afficimur. Idē ergo ſentiebāt: ⁊ in eodē cōſentiebāt. Diſſonā/
tia in affectu/ ſchiſmaticū facit: ſed diſſonātia intellect⁹/ hereti/
cū. Utrobiq3 nō ſeruat̄ vinculū charitatis. j. Corl. j. b. Obſe/
cro vos ꝑ nomē dn̄i noſtri ieſu chriſti: vt idipſum dicatis oēs/
Ecce vnitas intellectus: Et nō ſint in vobis ſchiſmata/ Ecce
vnitas affectus. Et hoc ē qd̄ dicit̄ h: Erat terra labij vnius et
ſermonū eorundē. Per vnitatē labij/ vnitas intellect⁹: ꝑ iden/
titatē ſermonis/ identitas affectus intelligit̄. Uel Terra erat
vnius labij: q̄ſi quiq3 ſenſus homīs cōuenerunt vnanimiter in
obſequiū dei. Hoc eſt ꝙ dicit̄ Eſa. xix. c. In illa die erūt q̄nq3
ciuitates i terra ęgypti loquētes lingua chananęa. i. cōmutata
i hebręā. Erat aūt ⁊c̄. Aug⁹. Dictū ē ſupi⁹ ꝙ filij noe vel fi/
lioꝝ ei⁹ diſtributi ſūt ꝑ t̄ras ſm̄ linguas ſuas: ſ3 h ꝑ recapitula/
tionē poſtea cōmemorat qd̄ ꝓus erat. S3 obſcuritatē fac̄ ꝙ eo
genere locutiōis ita cōtexit: q̄ſi de his narratio q̄ poſtea facta
ſūt/ ꝯſeq̄t̄. k Campū. Quilibet gaudet de iuento ſuo. Cu/
Ps. 114. pidi gaudēt d inuētiōe prębēde. S3 bon⁹ dic̄ cū Ps. Tribu/
latione ⁊ dolorē iueni. m Uenite faciam⁹. Sap. ij. b. Ue
nite ⁊ fruamur bonis q̄ ſt̄. Uenite. Timebāt iteꝝ diluuiū: iō
auctore nemroth volueꝛt ſibi cōſtruere turrim: i q̄ diluuiū nō
timerēt. n Et bitumē: qd̄ aqs diſſolui nō pōt: nec aliq̄ re/
niſi mēſtruo ſanguie/ poſtq3 ſiccatū fuerit. o Ciuitatē: quā
de⁹ nō igredit̄. p Nomē noſtrū. Sap. ij. a. Nomē nr̄m ob
liuionē accipiet ꝑ tp̄s: ⁊ nemo habebit memoriā operū nr̄oꝝ.
Ut videret ciuitatē

Myſtice Myſtice. i Cūq3 ꝓficiſcerent̄. Nemroth ⁊ eius cō/
plices: id heretici/ ſchiſmatici/ ⁊ ſupbi: de oriēte ꝓficiſcunt̄: id
eſt a chriſto recedūt: cui nomē eſt oriēs. Zach. vj. c. Ecce vir
oriēs nomē ei⁹. k Inuenerūt cāpū i terra ſennaar: qd̄
interp̄tat̄ fetoꝛ eoꝝ/ vel excuſſio dentiū. Is eſt ordo/ et ad talē
finē deueniūt/ qui honores ambiūt/ ⁊ a chriſto recedunt: id eſt
in latitudine voluptatis: de cui⁹ fetore corrupti dentes diſcre/
tionis/ excuſſi ſunt ſicut locuſta: vt nō poſſint molere cibū ve/
ritatis: nec diſcernere inter bonū ⁊ malū. Heb. v. d. Omnis q̄
lactis eſt particeps/ expers eſt ſermonis iuſticię. S. iiij. c. Cain
ꝓfugus fugit a facie dn̄i in eden: id eſt in locū deliciarū. Mi/
ſeri homies perditis ſpūalib⁹ cōſolationib⁹/ querūt ſolatiū in
vanis ⁊ caducis. Hoc eſt fodere ſibi ciſternas diſſipatas/ quę
aquas non cōtinent. Hiere. ij. c. Dereliquerūt me fontē aquę
viuę: ⁊ foderūt ſibi ciſternas diſſipatas quę nō valent conti/
nere aquas. Et nota ꝙ qui fugit ab oriēte: dorſum habet ad
orientē: Et multi in dignitatib⁹ ſublimati: dorſum vertūt ad
chriſtū. ij. Paral. xxix. b. Auerterūt facies ſuas a tabernacu/
lo dn̄i: ⁊ ꝓbuerūt dorſū. Itē ſennaar/ mūdus: q̄ eſt fetoꝛ eoꝝ:
id eſt bonorū. Sic em̄
ſępe fit relatio: ſic di/
cit̄ ſanſon/ ſol eorū: id
eſt bonorū: bonis em̄
fetet mūdus. Mich.
ij. c. Surgite et ite: q2
nō habetl hic requiē:
ꝓpter imūdiciam ei⁹
corrumpet̄ putredine
peſſima. Boni etiam
fetēt mūdo. Exo. v. d.
Fetere feciſtis nomen
noſtꝝ corā pharaone.
Et ꝙ mūdus ⁊ bonus
ſibi ſint ad inuicē ab/
omiatio: habes Gal.
vlti. d. Mihi mūdus
crucifix⁹ eſt: ⁊ ego mū 6. diſ. c. nō eſt .§. illis vero
do. Beatus Bern̄.
Quęcūq3 mūdus re/
putat crucē/ ego deli/ Al. +vſq3 ad
tias reputo: ⁊ quę mū
dus delitias/ ego re/
puto crucē. Turris
babel: ſupbia mūdi:
quę cōtra deū erigit̄: ſed cōfuſa deijcit̄. Eſa. xiiij. d. In cęlū
cōſcendā ſup aſtra cęli. Aſcendā ſup altitudinē nubiū: ſimilis
ero altiſſimo: Uerūtamē ad infernū detraheris in ꝓfundum
laci. Eſa. xxx. a. Erit vobis fortitudo terrę ęgypti in cōfuſio/
nē: ⁊ fiducia vmbrę ęgypti in ignominiā. Iſtis ſunt lateres ꝓ
ſaxis. In latere lutū cum palea cōglutinat̄ et poſtea coquit̄.
In palea vanitas: in luto iniqua voluptas: in glutino obſti/
nata malicia deſignat̄. De his laterib⁹ dicit Iob. xxxj. a. Si
ambulaui in vanitate/ ⁊ feſtinauit i dolo pes meus. Eſa. v. c.
Uę qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatis: ⁊ quaſi vin/
culū plauſtri peccatū. De hac turre ſupbię dicit Iob. xx. a:
Si aſcenderit in cęlum ſuperbia eius: ⁊ caput eius nubes te/
tigerit: quaſi ſterquiliniū in fine perdet̄. Diuiſio lingua/
rum: diuiſionem ſignificat deſidērioꝝ ꝑ varias voluptates.
Oſee. ix. d. Abijciet eos domin⁹ deus meus quia non audie/
runt eum: ⁊ erūt vagi in nationibus. Eccl̄s. iij. b. Uidi aflicti/
onem quam dedit deus filijs hominū vt diſtendant̄ in ea.
l Et habitauerūt. Non dicit/ tranſierūt: quod tolerabile
eſſet. Numeri. xx. c. Obſecramus vt nobis tranſire liceat per
terrā tuam: non ibim⁹ per agros/ nec ꝑ vineas: non bibemus
aquas de puteis tuis/ ſ3 via publica gradiemur. Uerba ſūt fi
liorū iſrael ad regem edom. Et fęlix talis tranſitoꝛ mūdi de
habitātibus terram. Apocl. viij. d. Uę vę vę/ habitātibus in
terra. Ter dicit vę/ ꝓpter illa tria. j. Iob. ij. c. Omne qd̄ eſt
in mūdo ⁊c̄. ꝓpter q̄/ vę incurrit̄ ęternū. q Anteq3 diui/
damur. Mali ab vno capite mouent greſſus ſuos. ſ. a ſup/
bia: quę eſt initiū omnis peccati: Eccl̄i. x. b. Et diuerſas vias
ſectantur: quia ſcindunt ſe ꝑ hereſes: ⁊ ad diuerſa peccata de/
clināt. Quod ſignificat̄ Iudicl. xv. a. per vulpes ſanſonis: q̄
caudas habēt colligatas/ ſ3 facies diuerſas ⁊ diuiſas. iij. Re/
gū. xviij. a. dicit achab: Eamus ⁊ diuidam⁹ iter noſtrū: ſi for/
te inueniamus paſcua iumētis noſtris. Quidā paſcunt iumē/
tum ſuū fęno luxurię. Iob. xl. b. Fęnū vt bos comedet. Alij
vento inanis glorię. Oſee. xij. a. Ephraim paſcit ventū ⁊ ſe/
quit̄ ęſtum. Alij terra auaricię. G. iij. c. Terrā comedes omni/
bus diebus vitę tuę. Alij ſtercore humano: detractores ſcili/ Ro. 1. d.
cet deo odibiles. Ęzech. iiij. c. Subcinericiū et hordeaceum
comedes: ⁊ ſtercorē humano operies illud i oculis hominū.
Sed oēs ad eūdem finē reuertunt̄. Eſa. xxiiij. d. Cōgrega/
bunt̄ i cōgregatiōe vnī⁹ faſcis i lacū ⁊ claudent̄ ibi i carcere.

A

Deſcendit autẽ dominꝰ/ vt
a videret ciuitatẽ et turrẽ quã
b edificabant filij adam: et di/
xit: Ecce vnus eſt populus
et vnũ labium omnibꝰ: Ce/
peruntq́ hoc facere: nec de/
c ſiſtent a cogitatiõibꝰ ſuis do/
d nec eas ope compleãt. Ue/
nite igitur deſcendamꝰ ⁊ cõ/
fundamꝰ ibi linguã eorũ: vt
non audiat vnuſquiſq́ vo/
cem ꝓximi ſui. Atq́ ita di/
e uiſit eos dominꝰ ex illo loco
in vniuerſas terras: et ceſſa/
uerunt edificare ciuitatẽ. Et
idcirco vocatum eſt nomen
eius babel: quia ibi confu/
ſum eſt labium vniuerſe ter/
re. Et inde diſperſit eos dñs
ſup faciẽ cunctarũ regionũ.
f He generatiões ſem. Sem
centum erat annorũ quãdo
genuit arphaxat/ biẽnio poſt
diluuiũ. Uixitq́ ſem poſtq̃
genuit arphaxat quingentis
annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Porro arphaxat vixit tri/
gintaq̃nq́ annis ⁊ genuit ſa/
le. Uixitq́ arphaxat poſtq̃
genuit ſale trecentis tribus
annis: et genuit filios et fili/
as. Sale quoq́ vixit trigin/
ta annis ⁊ genuit heber. Ui/
xitq́ ſale poſtq̃ genuit he/
ber quadringentis tribus
annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Uixit autem heber triginta/
quattuor ãnis: ⁊ genuit pha/
lech. Et vixit heber poſtq̃
genuit phalech quadringen/
tis triginta ãnis: ⁊ genuit fili/
os ⁊ filias. Uixit quoq́ pha
lech triginta annis: et genuit
reu. Uixitq́ phalech poſtq̃
genuit reu ducentis nouem
annis: ⁊ genuit filios ⁊ filias.
Uixit autẽ reu trigintaduo/
bus annis: ⁊ genuit ſaruch.
Uixit quoq́ reu poſtq̃ ge/
nuit ſaruch ducentis ſeptem
annis: et genuit filios et fili/
as. Uixit vero ſaruch triginta
annis: et genuit nachor. Ui/
xitq́ ſaruch poſtq̃ genuit na
chor ducentis annis: et ge/
nuit filios et filias. Uixit au/
tem nachor vigintinouẽ an/
nis: et genuit thare. Uixitq́
nachor poſtq̃ genuit thare
centum decem et nouem an/
nis: et genuit filios et filias.
Uixitq́ thare ſeptuaginta
g annis: et genuit abram ⁊ na/
chor ⁊ aram. He ſunt autem
generationes thare. Thare
genuit abram et nachor et
aram. Porro aram genuit
h loth. Mortuuſq́ eſt aram
ante thare patrẽ ſuum in ter/
i ra natiuitatis ſue i hur chal/
deorum. Duxerunt autem
abrã et nachor vxores. No/
men vxoris abram/ ſarai: Et
nomen vxoris nachor/ mel/
cha filia aram patris melche
et patris ieſche. Erat autem
ſarai ſterilis: nec habebat li/
beros. Tulit itaq́ thare abrã
filiũ ſuũ: et loth filium aram
filium filij ſui: et ſarai nurum
ſuam/ vxorẽ abram filij ſui:
k et eduxit eos de hur chalde/
orum vt irent in terram cha/
naan. Veneruntq́ vſq́ aran:
l et habitauerunt ibi. Et facti
ſunt dies thare ducentorum
quinq́ annorum: ⁊ mortuus
eſt in aran.

F a Ut videret ciuitatẽ. Judith. vj. d. Intuere dñe ſupbiã eorum: ⁊ reſpice in humilitatẽ noſtrã. Eſa. xxxvij. d. Aperi oculos tuos dñe ⁊ vide: ⁊ audi oĩa verba ſennacherib. b Filij adam. q. d. homines fragiles ⁊ mortales: vnde grauius eſt. Beatus Bern. Si tã dure aĩaduerſum eſt in angelũ apoſtatam: nec ei profuit ꝙ cognata potentibꝰ ſuperbia eſſe dinoſcitur: quid de me fiet miſero et ſupbo: c Cogitationibꝰ ſuis. Dominus diſſipat cõſilia malorum. Job. v. b. Qui diſſipat cogitationes malignorũ/ ne

B poſſint manus eorum complere qđ volunt. d Uenite igiť deſcendamꝰ. Ad angelos dixiſſe intelligitur.

Ge. 1. d. Uel ſm illud: Faciamus hoĩem ad imaginẽ ⁊ ſilitudinẽ noſtrã. Nã ſingulari numero ſubiunctum eſt: Diuiſit eos ⁊c. ſicť ibi: Creauit deus hominẽ ad imaginẽ ⁊c. e Diuiſit eos ⁊c. Naturale eſt inter ſuperbos ſemper ſchiſmata eſſe. Prouerb. xiij. b. Inter ſuperbos ſemp iurgia ſunt. Judic. vij. f. Uerſus eſt gladiꝰ vniuſcuiuſq́ ⁊ mutuo ſe interficiebãt. In hac diuiſione linguarũ nihil nouũ fecit deꝰ: ſed dicẽdi modos ⁊ formas loquelarum diuerſis gentibꝰ diuiſit: vnde eaſdem ſyllabas ⁊ eiuſdẽ poteſtatis litteras aliter cõiunctas in diuerſis linguis inuenimꝰ:

C ⁊ ſepe eadem nomina vel verba aliud ſignificantia. Unde vbi di/

Pſ. 2. cimꝰ in Pſ. In virga ferrea: in greco habeť εν ῥάβδῳ σιδηρᾷ: i raydo ſidera. Igiť i latino ſidera nõ ferrea ſignificat ſicut in greco: ſ; aſtra. f Sem centũ erat annorũ. Beda. Magna nobis queſtio naſcitur ſm litterã: quomodo ſem biennio poſt diluuium centum eſſe annorum dicať: cum ſupra/ quĩgenteſimo ãno noe natus aſſeratur: ⁊ ſexcenteſimo anno eiuſdem noe diluuium veniſſe legať. Ut ergo numerus temporũ ſibimetipſi non repugnet: intelligendum eſt/ aut noe duos plus q̃ quingentos annos habuiſſe quando natus eſt ſem: aut duos minus ad ſexcentos annos quãdo venit diluuiũ: aut ſem habuiſſe centum et duos annos quando natus eſt arphaxat. Solet enĩ ſic loqui ſcriptura non nunq́/ vt et ſi modicum ſuperſit vel deſit: plenarium tamẽ et perfectũ in computo numerũ ſonet. Videť autẽ veriſimile: vt mea fert ſuſpitio: ꝙ cũ natus eſſet ſem/ duos ſup quingentos annos habuiſſe noe. Nec falſum dixit ſcriptura: q2 quĩgentos annos habuit: etiã ſi quĩgentos ⁊ duos annos habuerit: q2 nimirũ minor numerus intra maiorẽ cõtineť. Forte aũt ſancte ſcriptor hiſtorie/ diligẽtius h loco curauit explicare/ dicendo ſem biennio poſt diluuiũ centũ fuiſſe annorum: q2 ſe meminit annum natiuitatis eius q̃ſi negligẽtiꝰ annotaſſe. g Abram ⁊ nachor. Ordo pꝑoſterꝰ. Abrã ꝓpter dignitatem preponiť. Augꝰ. Non ſimul ſed ſuis tẽporibꝰ ex q̃ gignere cepit. Nec attẽdendus eſt i his ordo natiuitatis: ſed ſignificatio future dignitatis/ in qua excellit abram.

B h Mortuuſq́ eſt aram: id ẽ ab igne cõſũptꝰ/ vt aiũt hebrei/ quem adorare noluit. i In hur chaldeorum. Hur ſm Joſephũ/ nomẽ eſt ciuitatis: vbi hactenꝰ ſepultura arã oſtendiť. Hebrei dicunt/ hur/ ignẽ. 1. Parať. 1. b. Joſue. 24. a.
k De hur chaldeorũ. Hieronꝰ. In hebreo: in hur cheſin: id ẽ in igne chaldeorum. Hinc fabulãť hebrei: q2 abram i igne ſit miſſus: q2 ignẽ noluit adorare quẽ chaldei colũt: et dei auxilio liberatꝰ de idolatrie igne effugerit. Unde ad eũ dr: Ego ſũ q̃ eduxi te de hur chaldeorum. 35. q. 1. c. 1. et ea. q. c. cũ igiť. §. hac itaq́ 32. q. 4. c. recurrat. §. his itaq́ ij. 15. b.
l Et facti ſũt ⁊c. Augꝰ. Uſq́huc facti ſt dies thare ducẽti q̃nq́ anni/ ⁊ mortuꝰ eſt in arã. Prius diciť ꝙ cũ eẽt thare ſeptuaginta annorum genuit abram: ⁊ poſtea cum omnibꝰ ſuis mãſit i charrã/ et mortuus eſt. Et dictũ eſt abre vt exiret de charrã: ⁊ exiuit cũ eẽt ſeptuagintaquinq́ annorum: Sꝫ ꝑ recapitulationẽ oñdiť viuo patre dñm ꝓcepiſſe: ⁊ abram de charrã exijſſe cũ eſſet ſeptuagintaquinq́ ãnorum/ ⁊ poſt cẽtũ q̃dragintaquinq́: ſi dies vite eiꝰ ducẽti q̃nq́ ãni fuerũt: vt ideo ſcṗtũ ſit: Fuerũt anni vite thare ducẽti q̃nq́ ãni i charrã: q2 ibi impleuit ãnos totiꝰ vite. Soluiť ḡ q̃ſtio ꝑ recapitulationẽ/ q̃ inſolubilis eſt ſi poſt mortẽ thare diceremus dñm dixiſſe abrae vt exiret de terra: q2 nõ erat ſeptuagintaq̃nq́ annorũ/ cũ pater iã mortuꝰ eſſet: qui eum anno etatis ſeptuageſimo genuerat: vt poſt mortẽ patris eſſet

Judith. 5. a.

centum trigintaquinqȝ annorũ: ſi omnes anni patris ducenti quinqȝ fuerũt. Sed quia quidã volunt annos abrẽ computari ex quo liberatus eſt de igne chaldeorũ/ſm hebreorũ traditionem: poteſt dici/quia ſcriptura que ait: Cum eſſet thare ſeptuaginta annoꝝ genuit abram ⁊ nachor ⁊ aram: non intelligi voluit ꝙ ſeptuageſimo anno tres genue

A rit: ſed quãdo genera

Act.7.a. re cepit/ memorauit. Fieri autem poteſt vt abram poſteriorẽ genuerit: ſed priuilegio dignitatis prior nominatus ſit: ſicut factum

Malach.1.a. eſt ibi: Jacob dilexi:

1.Paral.5.a. eſau odio habui. Et in Paralipomenon: Judas ordine quartus/ prior nominat⁹ eſt: a quo iudei dicti propter regiam tribum.

a D Dixit autẽ ¶Ca. XII. dñs ad abram: Egrẽdere de terra tua: et de b c cognatione tua: et de domo d patris tui: et veni in trã quã e mõſtrauero tibi. f Faciãqȝ te i gẽtẽ magnã: ⁊ benedicã tibi: g ⁊ magnificabo nomẽ tuum: h eriſqȝ bñdict⁹: i Benedicã bñ k dicẽtib⁹ tibi: ⁊ maledicã maledicẽtibus tibi:

¶Expoſitio Capi. XII.

Dixit autẽ dñs ad abram: a ¶Egredere de terra. Notandũ ꝙ iã egreſſus fuerat de terra ſua: ſed tũc egreſſ⁹ fuerat corpe nõ mẽte ⁊ volũtate: habebat enim animũ forſitan reuertendi: qñ dictũ eſt ei: Egredere ⁊c.

※ Jn te bendicent.

Myſtice ¶Myſtice. a ¶Egredere ⁊c. De⁹ pater loquit ad chriſtũ: q̃ p abram ſignificat. Sonat em̃/pater excelſ⁹: vl' vidẽs populũ: vel elect⁹. Et chriſtus/pater. Eſa.lxiij.d. Tu em̃ pater no

Ps.112. ſter: ⁊ abraã neſciuit nos. Excelſus eſt. Ps. Excelſus ſup oẽs gentes dñs/ ⁊ ſup celos gloria eius. Eſa.ij.d. Quieſcite ab homine cui⁹ ſpũs in narib⁹ eius: qr excelſus reputatus eſt. Hic chriſtus/qui mõ hũilis eſt: ſed i iudicio excelſus reputabit: et tũc habebit ſpiritũ indignatiõis in naribus/ in palato: quãdo dicet: Jte maledicti ⁊c. Matth.xxv.d. Jtẽ ipſe eſt videns po

Ps.33. pulũ ſuũ. Ps. Oculi dñi ſup iuſtos ⁊c. Cant.ij.c. En ipe ſtat poſt parietẽ noſtrũ/reſpiciens p feneſtras/ pſpiciens p cancellos. Feneſtre p quas lumen in domũ intrat/ ⁊ ſunt late interi⁹ ⁊ exterius: ſunt plati boni: quorũ cõſcientia dilatat compaſſione charitat: ⁊ cõuerſatio exterior lucet opere pietatis. Cancelli/qui ſtricti exteri⁹ ſed lati interius: ſũt humiles in eccleſia: de qb⁹.iij. Reg.xix.d. Derelinquã mihi i iſrl' ſeptẽ milia viroꝝ: quoꝝ genua nõ ſũt curuata añ baal. Jtẽ ipſe eſt electus. Eſaie.xlij.a. Ecce ſeruus meus/ſuſcipiam eum: electus meus cõplacuit ſibi in illo anima mea. Dicit ergo pater ad chriſtũ: Egredere de terra.i.iudea: b ¶Et de cognatiõe tua: iudeorũ.ſ. de quib⁹ natus eſt ſm carnẽ. c ¶Et de domo.i. ſynagoga. Joh.ij.c. Nolite facere domũ patris mei/ domũ negociatiõis. d ¶Et veni in terrã quã: id ẽ ad gentilitatẽ. Eſa.lv.b. Ecce teſtẽ dedi eum populis: ducẽ ac pceptorẽ gentibus: Ecce gentes quas neſciebas vocabis: et gentes que te

Ps.17. nõ cognouerũt/ad te currẽt. Jdẽ dicit Ps. Popul⁹ quẽ non

Act.2.d. cognoui ſeruiuit mihi. Chriſtus igit definito cõſilio accepto patris: egreſſus eſt de iudea in apl'is ſuis. Vñ q̃ pus dixerat: Jn viã gentiũ ne abieritis: Matth.x.a. dic poſtea: Predicate euãgeliũ oi creature: Marci vlti.d. Et Matth.fi.d. Eũtes docete oẽs gentes. Hiere.xij.b. Reliqui domũ meã/dimiſi hereditatẽ meã. Egreſſus iſte ſignat⁹ ẽ Joh.xix.c. vbi dicit: Et baiulans ſibi crucẽ/exiuit i eũ q̃ dr caluarie locũ. Per caluariã itelligit gentilitas. Et qr ex̃ ciuitatẽ crucifix⁹ ẽ: dedit intelligi/ꝙ fruct⁹ crucis ad extraneos veniret/nõ ad domeſticos.i. iudeos. Nos igit q̃ ſum⁹ filij caluarie/exire debem⁹ ad eũ eiectũ ex̃ caſtra tãqȝ leproſũ. Heb.xiij.c. Exeam⁹ ad eũ ex̃ caſtra ⁊c. e ¶Faciãqȝ te. Chriſt⁹ paucos d iudeis habuit ſeqꝗces: ſȝ plimos de gentib⁹. Nec fuiſſet magnũ paucos iudeos cõuertere: ſic dr Eſa.xlix.b. Parũ ẽ/vt ſis mihi ſeru⁹ ad ſuſcitãdas trib⁹ iacob: ⁊ feces iſrl' cõuertẽdas: Dedi te i lucẽ gentiũ/vſqȝ ad extremũ terre. Hoc ẽ qd dr hic: Faciã te in gentẽ magnã: qr reuera nõ eſſet decẽs/ p tã puo negocio/tã magnũ legatũ mittere. f ¶Bñdicã tibi.i. multiplicabo tuos. Joh. xij.d. Niſi granũ frumẽti ⁊c. g ¶Magnificabo nomen tuũ.i. fidẽ nomis tui. Cant.j.a. Oleum effuſum nomẽ tuũ.

Ps.75. Primo fuit q̃ſi incluſum in vaſe nomẽ dñi. Ps. Not⁹ i iudea deus ⁊c. Judei nouerũt nomen domini/ ⁊ notũ reſpuerũt: ſed nos ignotũ recepimus cũ honore. h ¶Eriſqȝ bñdictus. Primo in gentiũ conuerſione. Secũdo in ſui corpis myſtici glorificatiõe. i ¶Bñdicã bñdicẽtibus tibi. Hic bñdictiõe ſiniſtre/gratiã ⁊ bona cetera largiẽdo: ⁊ poſt bñdictione dextre in glãa recipiẽdo qñ dicet: Venite bñdicti ⁊c. Mat. xxv.c. Eph.j.a. Qui bñdixit nos i oi bñdictiõe ſpũali. k ¶Maledicã maledicẽtibus tibi: maledictione pene/qñ dicet: Jte maledicti ⁊c. Matth. xxv.d. 32.q.3.c.recurrat.§.bis itaqȝ 24.q.3.cũ §.ſȝ q̃.et.c.cũ ſ

※ Jn te bñdi.

Moraliter ¶Moraliter.

a ¶Egredere ⁊c. Abraã/aĩa cuiuſlibet fidelis itelligit. Hur chaldeoꝝ/incendiũ vitioꝝ. Pater diabolus: iuxta illd Joh. viij.f. Vos ex patre diabolo eſtis. Terra/terrenorũ dilectio. Cognatio/demonũ multitudo: qui p culpam quaſi p ſanguinem peccatorib⁹ cõiungunt. Job.xl.b. Ecce vehemoth quẽ feci tecũ ⁊c. Domus/praua cõuerſatio. Dicit ergo dñs cuilibet: Egredere de terra: id ẽ de amore treno. Vacue em̃ et nociue ſũt trene diuitie/maxime appetit⁹ earũ.j. Timoth. vj.b. Qui volũt diuites fieri/icidũt i laqueũ diaboli. b ¶Et de cognatiõe.i. de pompis diaboli/ei⁹ ſocietatẽ fugiendo. Jaco.iiij.b. Reſiſtite diabolo/ ⁊ fugiet a vob. c ¶Et de domo pr̃is.i.d h ſeculo nequã/ ⁊ ꝯuerſatiõe ei⁹: vt pat mũd⁹/ ⁊ mater ꝯcupia ſint nobis mortua/ ⁊ nos ipis: vt vere dicam⁹: Mũd⁹ mihi crucifix⁹ ẽ: ⁊ ego mũdo: Gal.vj.d. a Egredere ⁊c. Hoc dic dñs platis/cleric/clauſtralib⁹: q̃ p abraã bñ deſignãt: quia ſunt electi a deo.j. Pet.ij.b. Vos eſtis genus electũ/regale ſacerdotiũ. Qui debẽt eſſe excelſi vita: et ſciẽtia pminentes. Vñ in arca noe vltimã mãſionẽ poſſident hoies ⁊ aues.ſ.vij. Debẽt etiam videre pplm cogitationũ et affectionũ ſuaꝝ. His g̃ dr: Egredere d terra tua.i. de amore terrenoꝝ: b ¶Et de cognatiõe tua.i. de carnali cõcupiſcẽtia/q̃ nobiſcũ ẽ nata. c ¶Et de domo pr̃is tui.i. memoria mũdi ⁊ carnali affectu parentũ. Vñ dñs in pma miſſiõe diſcipuloꝝ excludit amorẽ trenoꝝ: Matth.x.b. Nolite poſſidere auꝝ neqȝ argentũ. Et i fine ſmonis/addit d amore parẽtũ: Nõ veni pacẽ mittere i terrã: ſed gladiũ. Veni em̃ ſeparare hoiem aduerſus patrem ſuũ: ⁊ filiã aduerſus matrẽ ſuã. Ps.

Aliter.

Ps.44. Audi filia ⁊ vide/ ⁊ inclina aurẽ tuã: ⁊ obliuiſcere pplm tuũ ⁊ domũ patris tui. Nũeri.xviij.c. Jn tra eoꝝ nihil poſſidebitis: nec habebitis partẽ int eos: Ego em̃ ſum ps ⁊ hereditas vr̃a in medio iſrl'. Hiero⁹. Nimis auar⁹ ẽ/cui nõ ſufficit de⁹. Deut.xxxiij.b. oſtẽdit de⁹ q̃ ſunt veri leuite: Qui dicũt inqꝫ pr̃i ſuo et mr̃i ſue/ neſcio vos: ⁊ fratrib⁹ ſuis: ignoro vos ⁊c. Nõ ſo ſtatim vt aliqs fact⁹ eſt platus/nouã et inumeram inuenit parẽtelã. Eſa.vlti.f. Adducẽt oẽs frẽs vr̃os de cunctis gentib⁹ donũ dño/in equis ⁊ in quadrigis/i lecticis/ ⁊ in mulis/ ⁊ in carrucis. Dñs in cruce pendens: matrẽ habuit a dextris quã iohanni cõmendauit: Joh.xix.c. Jta quicũqȝ aſcẽdit crucem plationis vel religiõis: parẽtes debet habere a dextris: vt eos.ſ. diligat ad bona eterna: ⁊ gratie dei committat. Alioquin dicit contra ipſum: Ve qui edificat ciuitatẽ in ſanguinib⁹: Abacuk.ij.c. id eſt eccleſiã in parẽtib⁹. Jn eodẽ.b. Ve q̃ multiplicat nõ ſua: vſqȝquo aggrauat cõtra ſe denſũ lutũ. Hoc cõtra carnales ⁊ auaros platos ⁊ clauſtrales. Sed nota ꝙ dñs licȝ cõpateret matri: nõ tñ voluit de cruce deſcẽdere: ita nos qui ferimus crucẽ dñi/ pter parẽtes noſtros nõ debem⁹ ad carnalia declinare. e ¶Faciãqȝ. Audi q̃d pmittat dñs egrediẽti d domo pr̃is: Si relinqs amicos carnales: mltiplicat de⁹ amicos ſpũales. Marci.x.d. Nemo ẽ q̃ reliquerit domũ/aut fratres/aut ſorores/aut pr̃ẽ/aut matrẽ/ aut filios/aut agros pter me ⁊ ppt euãgeliũ: q̃ nõ accipiet centies tãtũ nũc i tpe h. domos/ ⁊ frẽs/ ⁊ ſorores/ ⁊ matres/ ⁊ filios/ ⁊ agros cũ pſecutiõibus: ⁊ i ſeculo futuro vitã eternã. Sap.vij.b. Venerũt mihi oĩa bona pit cũ illa. i ¶Bñdicã.i. mltiplicabo in bonis ſpũalibus illũ. Deut.xxxiij.b. Benedic domine fortitudini illius: ⁊ opera manuũ eius ſuſcipe ⁊c.

※ Egreſſus eſt itaqȝ

a In te bñdicent: in chriſto q̄ de te. Vl' In te .i. i for/ma tui: ſic diceret alicui: Bñdicat tibi dñs ſic bñdixit abre. Sicut Ruth. iiij. c. Faciat dñs huic mulieri ſic fecit lie ꝛ ra/cheli q̄ edificauerūt domos i iſrl'. d Septuagintaq̄nqꝫ. Sup dictū ē ꝙ thare ſeptuagita annoꝝ fuit / qñ genuit abrā / nachoꝛ ꝛ aram. In fi ne eiuſdeꝫ capli dictū eſt: ꝙ ducentoꝝ q̄nqꝫ annoꝝ fuit thare / qñ moꝛtu⁹ eſt: Hic dr̄ ꝙ abrā ſeptuagintaq̄n / qꝫ ānoꝝ fuit qñ egreſ/ſus eſt de aran p⁹ moꝛ tē thare. Iſta tria icō poſſibilia ſunt: immo opoꝛteret i egreſſu de aran ꝙ eſſet centū tri/ginta annoꝝ. Triplex eſt ſolutio. Aug⁹ dicit ꝙ abrā viuēte p̄re exierat de aran / vbi reliq̄rat eū cū nachoꝛ frē ſuo: Et qd̄ hic / dr̄ / Septuagintaq̄nqꝫ ānoꝝ erat ꝛc̄. p reca pitulationē: q2 iā exierat. Et ſic debet legi lr̄a: vt illud / Egre dere de terra ꝛc̄. intelligat' dictū abre / p̄re ſuo adhuc viuēte: ꝛ hoc qd̄ dr̄ hic: Septuagintaq̄nqꝫ annoꝝ erat cū egredere/tur: veꝝ eſt. Vl' alit' / cū dr̄. ſ. Septuaginta annoꝝ erat thare qñ genuit abrā / nachoꝛ ꝛ arā. i. qñ cepit eos generare: ꝛ eos genuit tpib⁹ ſuis: ꝛ ita qñ genuit abrā / foꝛte erat centū trigin ta annoꝝ. Hāc etiā ſolutionē inuit Aug⁹. Hebrei alit' dicūt .ſ. ꝙ abrā pluriū annoꝝ erat / qñ egreſſus eſt de aran q̄ ſeptu agintaq̄nqꝫ: ſ; illud tps ꝓ amiſſo habet': q̄ māſit in hur chal/deoꝝ: ꝛ ideo nō cōputat' hic. b Et aias ꝛc̄. aiantia que ibi acquiſierāt. l Sichem: q̄ Ioh. iiij. a. dr̄ ſichar. Si/chem ciuitas / q̄ coꝛrupte dr̄ ſichar: ꝛ interp̄tat' humerus. m Couallē: Pentapolim: q̄ nūc mare ſalis vl' moꝛtuū di cit': ꝛ lacus aſphalti: ꝛ ſalina vallis. Vallis iſta dicebat' pen/tapolis: vallis illuſtris / mare ſalis / vallis ſalinaꝝ: lac⁹ aſphal/ti: lacus iudaici bituminis / mare moꝛtuū: nūc aūt dicit' lacus diaboli. Pentapolis dicebat' a q̄nqꝫ ciuitatibus. Vallis illu/ſtris / ꝓpt' fecunditatē ꝛ amenitatē. Mare ſalis. i. ſterilis: ꝛ q2 vxoꝛ loth ibi verſa eſt in ſalis effigiē. Lacus aſphalti: q2 ni/gras glebas bituminis vomit. Aſphaltū eñ eſt bitumen / qd̄ dicit' iudaicū: q2 i iudea reperit'. Tñ dic̄ Hiero⁹. ſup Ezech. Aſphalū greci ſtagnū bituminis vocāt. Mare moꝛtuū dr̄: q2 nihil in eo viuit. Si quid viuū imergit' / ſtatim ſuperexilit. Lucerna ardēs ſupenatat / extincta mergit'. Dicit Ioſeph⁹ / ꝙ veſpaſianus quoſdā vinctis poſt tergū manibus / iuſſit in eo proijci: ꝛ oēs quaſi vi ſpiritus deſup fluctuabāt. In arbo ribus circūpoſitis poma nata vſqꝫ ad maturitatem coloꝛis ſunt viuidi: matura autem ſi incidas / fauillas intus inuenies.

Dabo terrā

ystice. a In te benedicent vniuerſe cognationes terre.

Aliter deferat iſaac. Alit ab iſto loco: Deditq̃ pulmẽtũ. Iacob chriſtus/ q̃ prĩ ſuo panẽ ⁊ pulmẽtũ dedit. Panis ẽ ꝯgregatio fideliũ/ igne tribulatiõis ⁊ charitat̃ excoctus: q̃s obtulit chriſtus patri iã in pte: ſꝫ tandẽ totalit q̃ſi hoſtiã acceptã ⁊ bñ placẽtẽ. Ro.xij.a. Obſecro vos frẽs ꝑ miſcðiã dei/ vt exhibeatis corpa vr̃a hoſtiã viuẽtẽ/ ſanctã/ deo placẽtẽ. n Quis es tu fili mi: Hoc eſt qð prĩ i paſſiõe/ q̃ſi diſſimulauit nõ agnoſcere filiũ. Vñ in Pſ. Deꝰ deꝰ meꝰ reſpice i me ⁊c̃. o Ego ſũ eſau ꝑmogenitꝰ tuꝰ.i. rubeꝰ. Chriſtꝰ eñ fuit rubeꝰ ſanguie paſſionis. Eſa.lxiij.a. Quis eſt iſte q̃ venit de edom: ⁊c̃. p Feci ſic. Phil̃.ij.a. Hũiliauit ſemetipſũ/ factꝰ obediens ⁊c̃. Pſ.21.

Surge. Vox

b Nũc ergo fili ⁊c̃. Rebecca.i. grã/ cõſulit iacob.i. cuilibet ſimplici/ vt ꝑgat ad gregẽ. Pergere ad gregẽ/ eſt exẽpla ſctõꝝ conſiderare: ⁊ ibi duos hedos accipe.i. pctõꝝ exprobrationẽ: optimos: nullꝰ eñ cibꝰ magis ſaporatꝰ ẽ deo: q̃ cõuerſus iuuenis ad penitẽtiã. Mich.vij.a. Precoq̃s ficus deſiderauit aĩa mea. c Vt faciã. Grã facit cibũ dño/ q̃ libẽter veſcit: q2

optima ⁊ placẽs deo pctõꝝ recordatio ad exprobrationẽ: ſed peſſima ad delectationẽ. Hiere.iij.a. Leua ocl̃os tuos i directũ: ⁊ vide vbi nũc ꝓſtrata ſis. q.d. ꝯſidera ſordes pctõꝝ/ qbꝰ inuolutꝰ es. Et ꝑ h̃ ꝙ dicit: in directũ/ notat recta intẽtio recordãtis/ q̃ debet eẽ ad dolendũ/ nõ ad delectandũ. ij. Reg̃. xiiij.f. legit ꝙ abſalõ põderabat capillos ſuos põdere publico.i. eſtimabat peccata ſua ſꝫm publicũ iudicium hoim: qui nõ attẽdũt peccati dãnũ: ſꝫ tm̃ p̃ſentẽ pcti delectationẽ. Doloſũ ẽ pondꝰ: Deberet eñ deꝰ poni i vna lãce/ ⁊ pcti delectatio i alia: ⁊ ſine dubio p̃põderaret deꝰ. Sꝫ ponderator doloſũ fac. Oſee.xij.b. Chanaã i mãu eiꝰ ſtathera doloſa. Amos.viij.b. Augeamꝰ ſiclũ/ ſuppõnamꝰ ſtatheras doloſas. Mich.vj.c. Nũq̃d iuſtificabo ſtatherã impiã: ⁊ ſacculi põdera doloſa: d Noſti ꝙ eſau frat meꝰ hõ piloſꝰ ſit.i. fortiſ/ ſtrenuꝰ/ ꝟtuoſꝰ: ⁊ ego lenis.i. moll̃ ⁊ remiſſꝰ. 22.q.2.c.q̃rit

C

Et accipit hic pilus in bono: ſicut.ij. Reg̃.x.a. vbi nuncijs dauid raſa eſt dimidia barba. Boni ⁊ ſimplices/ q̃ per iacob deſignãt/ ſꝑ reputãt ſe tãta bñdictiõe vel dignitate indignos. Exo.iij.c. Quis ego ſum vt vadam ad pharaonẽ: ⁊ educã filios iſrael de egypto: Matth.viij.a. dicit centurio: Dñe nõ ſum dignꝰ vt intres ſub tectũ meũ. e Timeo ne. q.d. Si inuenerit me mollẽ ⁊ remiſſum/ maledictionẽ ꝓ bñdictiõe incurram. Matth.xxj.b. Maledixit ieſus arbori/ quã inuenit mollẽ folijs: ſꝫ ſine fructu: ⁊ ſtatim areſacta eſt. Eſa.xxij.e. dicit ad ſobnã p̃poſitũ templi: Quis tu hic/ aut q̃ſi q̃s hic: Et ſubdit: Ecce aſportari te faciã: ſicut aſportat gallus gallinatius. f In me ſit. Verba ſunt rebecce.i. eccleſie: et venit onus iſtud ſuꝑ ſpõſum eius.i. chriſtũ. Gal̃.iij.b. Chriſtꝰ nos redemit de maledicto legis/ factꝰ ꝓ nobis maledictũ. Scptũ eſt eñ Nũeri.xxx.b. Si ſponſa votũ fecerit: ⁊ ſpõſus nõ reclamauerit/ tenebit voto mlr̃ier. Vñ eccleſia tenebat: ⁊ chriſtꝰ ꝓ ſpõſa ſoluit. Eſa.xlvj.b. Ego feci/ ⁊ ego ferã. l Deditq̃ pulmentũ. Iacob penitẽs/ q̃ offert iſaac.i. chriſto panẽ lachrymaꝝ. Vñ Pſ. Fuerũt mihi lachryme mee panes die ac nocte. Pulmẽtũ ꝟo qð facit panẽ aridũ comeſtibilẽ/ eſt ſpes venie. Vñ hec duo ſimĩl debẽt offerri: labor penitẽtie: ⁊ ſpes venie. Iudas obtulit panem ſine pulmẽto. Matth.xxvij.b. Iudas penitẽtia ductꝰ/ retulit trigita argẽteos/ dicẽs: Peccaui tradẽs ſanguinẽ iuſtũ: ⁊ abiẽs/ laqueo ſe ſuſpẽdit. Multi etiã offerũt pulmẽtũ ſine pane/ abſq̃ dolore pnie/ pctõꝝ veniã p̃ſumẽtes: quibꝰ dr̃ Matth.iij.b. Facite dignos fructus pnie. m Pat mi. Hec ẽ ꝑma vox penitẽtis/ q̃rẽtis veniã. Luc̃.xv.d. Pr̃ peccaui i celũ ⁊ corã te: iã nõ ſũ dignꝰ ⁊c̃. n Quis es tu fili mi: Ecce benignitas ſaluatoris: Penitẽs dic̃: Nõ ſũ dignꝰ vocari filiꝰ tuꝰ: Et ipe filiũ noiat: Matth. ix.a. Confide fili/ remittunt tibi pctã tua. Hiere.iij.b. Saltẽ amodo voca me pr̃ meꝰ. o Ego ſum eſau.i. hiſpidꝰ ⁊ piloſus: q2 vt dr̃ Ro.viij.a. Chriſtꝰ de pctõ dãnauit pctm̃.i. ð carne ſilĩ peccatrici. Sic debet dicere q̃libet penitẽs: Ego ſũ hiſpidꝰ ⁊ piloſus/ peccat̃ plenꝰ: q2 ſi hõ agnoſcit pctm̃ ſuũ: et deꝰ ignoſcit. Eccl̃i.iiij.d. Nõ cõfundaris cõfiteri peccata tua. ij. Reg̃.xij.d. dixit dauid ad nathan: Peccaui domino. Dixitq̃ nathan ad dauid: Dñs quoq̃ tranſtulit peccatũ tuum. Pſ.41.

Surge/ ſede ⁊ co.

ꝭ f Et pꝛobē vtrū tu ſis filius. Nō volebat ꝓbare vtrū iacob eſſet eſau: Iſtud erat impoſſibile:ſed vtrū ille qui erat pꝛeſens/eſſet eſau. i Et nō cognouit eū. Pſ. Populꝰ
Pſ.17. quē nō cognoui ſeruiuit mihi. k Bn̄dicens ḡ.i.bn̄dicere volēs. o De roꝛe celi. Hippolytꝰ/d pluuia ꝑbi diuini:
Gregꝰ/de cōtempla/
tiōe dicit. p Abū/
dantiā.i. congrega/
tionē ꝑfectoꝝ. Gregoꝰ
dicit charitatis. q Et
vini ⁊ olei.i. feruoꝛ/
in noua ꝯuerſatiōe. s
Et adoꝛēt te/ genti/
les cōuerſi. t Eſto
dn̄s fratrū tuoꝝ
ꝛc. Judęoꝝ vel he/
bꝛęoꝝ:de quibꝰ:Filij
matris męę pugnaue/
rūt ꝯ me: Cant.j.b.
v Et incuruent:
adoꝛando. x Filij
matris tuę.i.plebis
iudaicę. y Qui ma/
ledixerit tibi ꝛc.
Hoc fecerunt q̄ dixe/
rūt:Demoniū habet:
Joh.viij.f. z Male/
B dictꝰ: eterna heredi/
Ar.†Offer tate ꝓuatus. a Et q̄
22.q.2.c. bn̄dixerit tibi.i.qui
querit cur. corde de oꝛe dixerit:
De diuīs.c. Bn̄dictꝰ q̄ venit i noīe
gaudemus dn̄i:Luc.xix.f. b Re
pleat:ꝑn̄tibꝰ ⁊ futuriſ.
ꝭ Stupoꝛe

a hi:Sūrge/ſede ⁊ comede de
b vēnatiōe mea/vt benedicat
mihi aīa tua. Rurſum iſaac
c ad filiū ſuū:Q̄uomō inq̄t tā
cito inuenire potuiſti fili mi:
d Qui rn̄dit:Uolūtas dei fuit
vt cito mihi occurreret quod
volebam. Dixitq̄ȝ iſaac:Ac
e cēde huc vt tangā te fili mi:⁊
f pꝛobē vtrum tu ſis filiꝰ meꝰ
eſau:an nō. Acceſſit ille ad
patrē:⁊ palpato eo/dixit iſa
g ac:Uōx quidē/vox iacob ē:
h ſꝫ manus/mānꝰ ſunt eſau. Et
i nō cōgnouit eū:q꜡ piloſę ma
nus ſilitudinē maioꝛis expſ
k ſerant. Bn̄dicēns ḡ illi ait:
Tu es filiꝰ meꝰ eſau? Rn̄dit:
Ego ſū. At ille:†Affer inq̄t
mihi cibos de venatiōe tua
fili mi/vt benedicat tibi aīa
mea. Quos cū oblatos co
mediſſet/obtulit ei etiā vinū.

Quo hauſto/dixit ad eum:
l Accede ad me et dā mihi
oſculū fili mi. Acceſſit/⁊ oſcu
latus eſt eū. Statimq̄ȝ vt ſen
ſit veſtimētoꝝ illiꝰ fragran
m tiam/benedicens/ait: Eccē
odoꝛ filij mei ſicut odoꝛ agri
n †pleni:cui bn̄dixit dn̄s:Dēt
o tibi deꝰ de rōꝛe celi:⁊ de pin
p guedine terrę abūndantiam
q r frumēti ēt vini†⁊ olei:⁊ ſeruī
s ant tibi populi:et adōꝛent te
t tribus. Eſtō dominꝰ fratrū
v tuoꝛum/et incūruent ante te
x y filij mātris tuę. Qūi male
z dixerit tibi/māledictus erit:
a et qūi benedixerit tibi/bn̄di
b c ctiōibus rēpleat. Uix iſaāc
ſermonē impleuerat:⁊ egreſ
ſo iacob foraſ:venit eſau co
ctoſq̄ȝ de venatione cibos
intulit patri/dicens: Surge
pater mi et comede de vena

opera ⁊ dura/in ſatiſfactiōe. Et tūc ſtatim recipit bn̄dictionē a chꝛiſto. Prouerb.vlti.c. Manū ſuā miſit ad foꝛtia:⁊ digi/ti eiꝰ appꝛehēderūt fuſū. Et poſtea ſequit: Nō timebit domui ſuę a frigoꝛibꝰ niuis:oēs eñ domeſtici eiꝰ veſtiti ſūt dupli/cibꝰ. l Da mihi oſculū. Quē ꝑus tetigerat dn̄s ꝑ flagel/
lū:mō inuitat ad oſcu
lū. Sꝫ ē oſculū ad pe/
des/pęnitētiū:oſculū
ad manꝰ/ꝓficientiū:
oſculū ad oſ/ꝑfectoꝝ.
Cant.j.a.dicit ſpon/
ſa.i.fidelis aīa:Oſcu/
let me oculo oꝛis ſui.
q.d.non oſculo pedū
vel manuū: ſed oꝛis.
Primū eſt pacifican/ Ar.nō hꝫ †pleni Heb.11.d.
tiū adinuicē:Luc.xv.
d.Cum adhuc longe
erat/vidit illū pꝛ illiꝰ:
et miſcdia motus eſt: Ar.nō hꝫ †et olei
⁊ accurrēs cecidit ſup
collū eius/⁊ oſculatus
eſt eū. Secūdū ē offe/
rentiū/hic. Tertium/
amantiū. Cant.j.a. 24.q.3.c.cū ꝭ §.ſꝫ qui
vt dictū eſt. In ꝑmo
venit deꝰ ad hominē.
Uñ Luc.xv.d. Ac/
currēs pat/oſculatꝰ eſt E
eū. Etiā ſecūdo veniet
hō ad deum. Uñ hic:
Accedit iacob ad iſa/
ac. In tertio ſimul ſi/
bi occurrēt. Tob.ix.c.
Cū ingreſſus eſſet ga/
belus domū raguelis:
inuenit tobiā diſcūbentē:⁊ exiliēs oſculati ſūt ſeinuicē. Bern. Oſculū recōciliatoꝛiū/illud ad pedes: muneratoꝛiū/illud ad manꝰ:ꝯtēplatoꝛiū/illud ad os. Primū ī remiſſione pctōꝝ:ſe/cūdū in collatiōe gratuitoꝝ:tertiū in reuelatiōe ſecretoꝝ. Sꝫ nota qd nō ſtatī receptꝰ ē iacob ad oſculū pꝛis:ſꝫ poſt tactū/ poſt pꝛādiū:tunc demū fit oſculū.i.poſt patiētiā flagelloꝝ:⁊ foꝛtitudinē bonoꝝ opeꝝ. Hoc eſt qd legit.ij.Reg.xiiij.f.ꝙ abſalon recōciliatꝰ dauid/ꝑ duos annos māſit ī hierl'm:⁊ fa/ciē regiſ nō vidit. m Ecce odoꝛ. Ueſtimēta iuſtoꝝ ſūt ꝟtu/tes ⁊ opa. Eccs.ix.b. Oī tpe ſint veſtimēta tua candida. Itē veſtimēta chꝛiſti/ſūt fideles:⁊ chꝛiſꝰ veſtimētū eoꝝ. Eſa.xlix e. Uiuit dn̄s/q꜡ his oībꝰ velut oꝛnamēto veſtieris:⁊ circūda/bis eos tibi q̄ſi ſpōſa. Et aplus Gal.iij.d. Quotq̄t baptiçati eſtis/chꝛiſtū induiſtis. Hoꝝ veſtimētoꝝ/ſtati vt deꝰ ſentit fra/grātiā/dicit:Ecce odoꝛ filij mei ꝛc. Et bn̄ ager plenꝰ dr̄ chꝛiſꝰ:q꜡ vt dr̄ Col.ij.b. In ipo ihitat oīs plenitudo diuini/tatis coꝛpalit. Item bn̄ dr̄:Agri pleni:q̄ ad ecclīā. Eph.j.d. Ipſū dedit caput ſup oēm ecclīā q̄ ē coꝛpꝰ ipſiꝰ: ⁊ plenitudo ipſiꝰ:q̄ oīa in oībꝰ adimplet. n Det tibi deꝰ de roꝛe ꝛc. Ros de celo/grę infuſio. Terrę piguedo/bona opatio. Fru/mentum/ſacrę ſcripturę ſatietas. Uinum/in pn̄ia hilaritas. Oleū/cōpaſſiōis pietaſ: Nā ſic oleū oī liq̄ri ſupenatat:ita pi/etas.j.Timoth.iiij.c. Pietas ad oīa vtilis ē/ꝓmiſſionē ha/bēs vitę q̄ nūc eſt ⁊ futurę. r Seruiāt tibi ppl'i ꝛc. Hoc de chꝛiſto planū ē. Eſa.lx.c. Gens ⁊ regnū qd nō ſeruierit ti/bi/ꝑibit. Et ſtatī poſt: Uenīēt ad te curui filij eoꝝ q̄ te hūilia/uerūt:⁊ adoꝛabūt veſtigia pedū tuoꝝ. Hoc etiā veꝝ ē d q̄li/bet iuſto.j.Coꝛ.iij.d. Oīa vr̄a ſūt/ſiue paulus/ſiue apollo/ſiue cephas/ſiue mūdꝰ/ſiue vita/ſiue moꝛs/ſiue ꝑſētia/ſiue futura. Oīa eñ vr̄a ſūt/vos aūt chꝛiſti:chꝛiſꝰ aūt dei. Eccl.x.d. Seruo ſēſato ſeruiēt liberi. c Uix iſaac. Eſau de ve/natiōe ſua cibos pꝛi īferēs/ſignificat ſupbos d ſuis opibꝰ glo/riātes:qbꝰ eiectis/hūiles ſblimāt. Eccl.x.b. Sedes ſupboꝝ ducū deiecit dn̄s:⁊ fecit ſedere pꝛo eis mites:radices gentiū ſuperbarū areſecit deꝰ:⁊ plantauit humiles ex ipſis.

Myſtice ⁜ a Surge. Uox filij ad pꝛeꝫ. Pat eñ añ incarnationē la/tebat/q̄ſi doꝛmiēs. Cañ.j.d. Dū eēt rex ī accubitu ſuo/nardꝰ ꝛc. Quo ſentito nō potuit ſe tenere/q̄n ſurgeret. Uñ ſtatim ſe/quit: Ecce tu pulchꝛa eſ amica mea:ecce tu pulchꝛa. Eſt ḡ ſē/ſus:Surge.i.hoibꝰ innoteſce. c Quō inq̄t tā cito. Mi/rabile oſtendit dn̄s: ꝙ tam cito/tā facile ſit ꝯuerſa gentilitas. Cant.vj.d. Quę eſt iſta q̄ ꝓgredit/quaſi auroꝛa cōſurgens: Uerba ſunt ſynagogę/admirātis de aſcenſu gentiū ad fidem. d Uolūtas dei. Hoc eſt qd dicit Eſa.liij.d. Uolūtas dn̄i in manu eiꝰ dirigetur. e Accede huc. Pater filiū tetigit ī paſſione ⁊ ꝓbauit. Job.j.b. Extende paululū manū tuam:et tange cūcta q̄ poſſidet/niſi in faciem bn̄dixerit tibi. Sap.ij.d. Cōtumelia ⁊ toꝛmēto interrogemꝰ eum/vt ſciamꝰ reuerentiā eiꝰ:⁊ ꝓbemꝰ patientiā illiꝰ. g Uox quidē/vox iacob.i. ſimplicitas ⁊ veritas in verbo chꝛiſti. Eſa.liij.c. Non eſt in/uentus dolus in oꝛe eiꝰ. h Sꝫ manꝰ/manꝰ ſūt eſau: id eſt quaſi peccatrices affixę cruci:⁊ clauis pfoꝛatę. Eſa.lxiij.a. Quare ē rubꝛū veſtimētū.i.q̄re hēs manꝰ eſau.i.ſanguineas ⁊ hiſpidas: Zach.xiij.c.

Moꝛaliter ✱ a Surge/ſede ⁊ comede. Surgit chꝛiſꝰ/quaſi doꝛ/miēs ī cōtritiōe: Sedet q̄ſi iudicās in ꝯfeſſiōe. Prouer.xx.b. Rex q̄ ſedet in ſolio iudicij/diſſipat oēe malū intuitu ſuo. Co/medit/q̄ſi ſe reficiēs in ſatiſfactiōe. b De venatiōe. Opa pęnitentis ſūt venatio extoꝛta a faucibꝰ diaboli:quibꝰ dn̄s ſa/tiat. Amos.iij.c. Quō ſi eruat paſtoꝛ de oꝛe leonis duo cru/ra/aut extremū auriculę:ſic eruent filij iſrl' /q̄ habitāt in ſama/ria. c Quō tam cito. Ecce quātūcūq̄ȝ ſit tarda pęniten/tia:tamē dominꝰ citam reputat. d Uolūtas dei:nō ſuis meritis:ſed dei gratię aſcribit pęnitens cōuerſionē ſuā.j.Co/rinth.xv.b. Gratia dei ſum id qd ſum. Thꝛeñ.iij.c. Miſeri/coꝛdię dei ꝙ nō ſumꝰ cōſumpti: q꜡ nō defecerūt miſeratiōes eius. e Accede. Dn̄s accedētes ad ſe tangit:id ē flagellat. Heb.xij.b. Flagellat dn̄s omnē filiū/quē recipit. g Uox quidē. Pęnitēs dꝫ hr̄e vocē iacob.i.verba hūilia ⁊ ſimpli/cia in oꝛatiōe ⁊ cōfeſſiōe. h Sꝫ manꝰ/manꝰ eſau.i.foꝛtia

a ¶Stupore vehemẽti. Stupor ille fuit mẽtis excessus .i. extasis: in q̃ vidit in spũ hoc factũ a dño esse: ⁊ significationẽ pie fraudis intellexit: ⁊ nõ irascẽs / ſ; cõfirmãs qđ fecerat / ait: Venit ⁊c. b ¶Quis igit̃ ille eſt q̃ ⁊c. Quãtꝰ ⁊ ꝙ̃prudẽs q̃ illo labore de meritis ſuis gloriatꝰ eſt. c ¶Et comedi ex omnibꝰ .i. gratanter recepi omnia bona q̃ mihi retulit. d ¶Benedixiqꝫ ei .i. benedicẽti me. e ¶Et erit bñdictus: imobiliter. f ¶Auditi eſau ſermonibꝰ: id eſt reuelato ſibi ſacramẽto / benedictionẽ ꝯfirmat. g ¶Irrugijt clamore magno. Adhuc dolet prior populus primatũ ſibi eſſe ereptũ. h ¶Benedic ⁊c. Et ſi nõ eterna / vel preſenti benedictiõe. i ¶Fraudulẽter .i. in figura ⁊ ſacramẽto. k ¶Bñdictionẽ tuã. Sꝫ nũquid emerat ꝓmogenita? Ergo ſibi debebat bñdictio patris. l ¶Cũqꝫ eiulatu magno. [1. q. 1. c. nũqꝫ] Videtur cõtrariũ qđ ſupra dr̃. xxv. ca. d. ꝙ abijt paruipendens / ꝙ primogenita vendidiſſet: ergo eſau ꝓmogenita cõtẽpſit. Sed de benedictiõe ſibi ſurrepta doluit. m ¶In pinguedine terre: id ẽ omniũ rerum copia. n ¶Et in rore celi: id eſt ſciẽtia ſcripturarũ: [Al. fet oleo] qua adhuc ille populꝰ cõpluit̃. o ¶Viues gladio: crudeliter prophetas ⁊ apoſtolos ꝑſequendo. p ¶Et fratri tuo ſeruies: [Heb. 12. e. De pe. diſ. 3. c. iudas] quia idumei tributarij fuerũt iſrael / qui iacob dicit̃. Et h̃ impletũ eſt: qñ rebellauerunt idumei / ne eſſent ſub iuda. iiij. Regum viij. f. q ¶Vt occidat te. Cũ ſcriptura dicat: eſau i corde ſuo de morte fratris tractaſſe: quõ vel a quo hec nũciata ſunt rebecce? Sed dat̃ intelligi ꝙ ei diuinitus omnia reuelabant̃. Unde ad magnũ ꝑtinet myſteriũ: ꝙ minorẽ ꝓ maiore benedici voluit. r ¶In aran .i. in ſyriã.

F

G

tione filij tui: vt benedicat mihi aĩa tua. Dixitqꝫ illi iſaac: Quis enĩ es tu? Qui reſpõdit: Ego ſum filius tuus ꝓmogenitus eſau. Expauit
a iſaac ſtupore vehemẽti: ⁊ vltra ꝙ̃ credi põt admirãs ait:
b Quis igit̃ ille eſt q̃ dudũ captã venationẽ attulit mihi: ⁊
c cõmedi ex omnibꝰ ꝓus ꝙ̃ tu
d venires? Benedixiqꝫ ei: et
e f erit bñdictus. Auditis eſau
g ſermonibus patris: irrugijt clamore magno ⁊ cõſternatꝰ
h ait: Benedic etiã ⁊ mihi pat̃ mi. Qui ait: Venit germanꝰ
i tuus fraudulẽter: et accepit
k benedictionẽ tuã. At ille ſubiunxit: Iuſte vocatũ eſt nomen eius iacob: Supplãtauit enim me / en altera vice. Primogenita mea ante tulit: et nũc ſcđo ſurripuit bñdictionem meã. Rurſũqꝫ ad pr̃ez: Nũqđ nõ ꝛ̃uaſti / ait / et mihi benedictionẽ? Reſpondit iſaac: Dominũ tuũ illum cõſtitui: ⁊ oẽs fratres eius ſeruituti illꝰ ſubiugaui: Frumento ⁊ vino † ſtabiliui eũ: ⁊ tibi poſt hec fili mi vltra qđ faciã? Cui eſau ait: Nũ vnã inquit tm̃ bñdictionẽ habes pater? Mihi quoqꝫ obſecro
l vt bñdicas. Cũqꝫ heiulatu magno fleret: motus iſaac
m dixit ad eũ: In pinguedine
n terre / ⁊ i rore celi deſup erit bñ
o dictio tua. Viues gladio:
p ⁊ fratri tuo ſerues: tempuſqꝫ veniet / cũ excutias et ſoluas iugũ eius de ceruicibꝰ tuis. Oderat ergo ſemp eſau iacob pro bñdictione qua benedixerat ei pater. Dixitqꝫ in corde ſuo: Venient dies luctus patris mei / ⁊ occidam iacob fratrem meũ. Nuncia-ta ſunt hec rebecce. Que mittẽs et vocans iacob filiũ ſuũ / dixit ad eum: Ecce eſau
q frater tuus minat̃ vt occidat te. Nunc ergo fili audi vocẽ meã: ⁊ cõſurgens fuge ad la-
r ban fratrẽ meũ in arã: habitabiſqꝫ cum eo dies paucos donec requieſcat furor fratris tui: et ceſſet indignatio eius / obliuiſcat̃qꝫ eorũ q̃ feciſti in eũ: poſtea mittã et adducã te inde huc. Cur vtroqꝫ orbabor filio vno die? Dixit quoqꝫ rebecca ad iſaac: Tedet me vite mee ꝓpt̃ filias heth. Si acceperit iacob vxorẽ de ſtirpe huiꝰ terre: nolo viuere. ¶Ca. XXVIII.

s t v Vocauit itaqꝫ iſaac iacob et benedixit: precepitqꝫ ei dicẽs: Noli accipere cõiugẽ de genere chanaan: ſed vade et ꝓficiſcere i meſopotamiã ſyrie ad domũ bathuel patrẽ matris tue: ⁊ accipe tibi inde vxorẽ de filiabꝰ laban auũculi tui. Deus aũt omnipotẽs benedicat tibi / ⁊ creſcere te faciat / atqꝫ multiplicet / vt ſis in turbas populoꝝ: ⁊ det tibi bñdictiões abraã et ſemi tuo poſt te: vt poſſideas terrã ꝑegrinationis tue quã pollicitꝰ eſt auo tuo. Cũqꝫ dimiſiſſet eũ iſaac / ꝓfectus venit in meſopotamiã ſyrie ad laban filiũ bathuel ſyri: fratrem rebecce matris ſue. Videns aũt eſau ꝙ benedixiſſet pater ſuus iacob: et miſiſſet eum in meſopotamiã ſyrie: vt inde vxorem duceret: et ꝙ poſt bñdictionem ꝑcepiſſet ei dicens: non accipies cõiugem de filiabus chanaan: quodqꝫ obediens iacob parentibus

Myſtice s ¶Vocauit itaqꝫ iſaac iacob. Iacob / chriſtus: Iſaac / deꝰ pr̃: Meſopotamia / gẽtilitas: Chanaã / ſynagoga. Or igit̃ iſaac ꝑcepit iacob vt vadat i meſopotamiã / ibi vxores accipiẽs: hoc ẽ ꝙ pr̃ miſit filiũ ad gẽtes iudeis abiectis: vt inde ſibi eccleſiam deſpõſaret. Ps̃. Poſtula a me et dabo tibi gẽtes / hereditatẽ tuã ⁊c. [Ps. 2.] G. xxiiij. a. ꝑcepit abraã vt iſaac filio ſuo nõ accipiat vxor ð filiabꝰ chanaã: ſ; mittit eliezer i meſopotamiã. Exo. ij. d. ducit moyſes ethiopiſſam filiã ietro. Iudic. xiiij. b. Sanſon ducit alienigenã. iij. Re. iij. a. Salomõ ducit filiã pharaõis / regis egypti. Oſee. j. b. ducit fornicariã. In his oibꝰ ſignificat̃ idẽ .ſ. ꝙ chriſtus relicta ſynagoga / ſibi ecc̃liaꝫ de gentibꝰ deſponſauit. Vocauit itaqꝫ ⁊c. i. pr̃ filiũ vocabilẽ fecit: qñ .ſ. icarnari inſtituit. Eſa. vij. c. Ecce ꝟgo cõcipiet ⁊ piet filiũ: ⁊ vocabit nomẽ eiꝰ emanuel .i. nobiſcũ deꝰ. t ¶Et bñdixit .i. nũero fideliũ multiplicauit. [A] Eſa. xliiij. a. Effundaꝫ ſpm̃ meuꝫ ſuper ſemẽ tuũ: [35. q. 1. c. cũ igit̃ §. hac itaqꝫ] et bñdictionẽ meã ſup ſtirpẽ tuã: ⁊ germinabũt int̃ herbas q̃ſi ſalices iuxta ꝑterfluẽtes aq̃s. v ¶Precepitqꝫ ei dicẽs: Noli ⁊c. i. iudeis relictis i infidelitate / voca gẽtes ad fidem. Eſa. xlij. b. Ego dñs vocaui te in iuſticia: ⁊ apphendi manũ tuã: ⁊ dedi te in fedus ppl̃i et in lucẽ gentiũ. ※ Igit̃ egreſ.

¶Moraliter: r ¶Vocauit itaqꝫ iſaac ⁊c. Iſaac vocat iacob / ⁊ mittit i meſopotamiã: h̃ eſt dñs vocat pctõres ad penitẽtiã. [B] Matt. ix. b. Nõ veni vocare iuſtos: ſ; pctõres. Luc. xiiij. c. Exi cito i plateas ⁊ vicos ciuitatis / ⁊ paupes ac debiles / cecos ⁊ claudos introduc huc. Vocat aũt deꝰ ad penitentiã et ad regnũ / ſex modis. [Vocatio dei multiplex] Interiꝰ / ꝑ ĩſpirationẽ: Exteriꝰ / ꝑ ſcr̃pturas: Supiꝰ / ꝑ ꝓmiſſiões: Inferiꝰ / ꝑ cõminatiões: Anteriꝰ / ꝑ bñficia: Poſteriꝰ / ꝑ flagella. Tot mõis vocat pius pat̃ / et adhuc renuimꝰ r̃ndere. Prouerb. j. c. Vocaui ⁊ renuiſtis: extendi manũ meã: et non fuit q̃ aſpiceret: deſpexiſtis oẽ cõſiliũ meũ / ⁊ increpationes meas neglexiſtis.

* Igit̃ egreſſus iacob

¶Expo. Ca. XXVIII

s v Vocauit itaqꝫ iſaac ⁊c. Augꝰ. Or habent latini codices: Vade in meſopotamiã in domũ bathuel ⁊c. greci habent: Fuge in meſopotamiã ⁊c. vt intelligat̃ etiam iſaac intellexiſſe: ꝙ eſau de morte fratris cogitauit.

⁋ Et duxit vxorem

☞ a ¶ Et duxit vxorē. Per h̄ ꝙ eſau nō abiectis p̄orib⁹ vxori/
bus ſupduxit alias: ſignificat ſtat⁹ illoꝝ q̄ nō relict̄ p̄orib⁹ pec
cat̄/ p bona q̄ faciūt/ putāt deo recōciliari. Cōtra q̄s. j. Eſdre
x. a. Si pn̄itētia ē in iſrl̄: abijciam⁹ vxores alienas. Prouer.
xxviij. b. Qui abſcōdit ſcelera ſua nō dirigēt: q̄ aūt ꝯfeſſus fue
rit ⁊ reliq̄rit ea: miſeri
cordiā conſequet. b
¶ Dormiuit in eodē
loco. Jacob iter faci
ens p chanaā: vt dicit
Joſeph⁹: timebat in/
quit incolas t̃re. Erāt
eñ ideuoti iſaac/ eiuſ/
dē bellis p̄orib⁹ gra/
uati valde: ideo cū ve/
niſſet luçā/ noluit decli
nare ad aliquē ꝓuinci
aliū: ſ; ſub diuo tota nocte ꝑmāſit: lapide capiti ſuo ſuppoſito.

tuoꝛ inuitat ipē chꝛiſt⁹. Ad hūilitatē/ Matth. xj. d. Diſcite a
me: q2 mitis ſū et hūilis corde. Ad pauptatē/ Matth. xix. c.
Si vis pfect⁹ eſſe/ vade ⁊ vende oīa q̄ habes/ ⁊ da paupib⁹: ⁊
habeb̄ theſaurū i cęlo. Ad charitatē/ Joh. xv. b. Manete i di
lectiōe mea. Et docet quō: Si p̄cepta mea ſuauert̄/ manebit̄
in dilectiōe mea. Ad
obedientiā3/ Matth.
x. c. Nolite timere eos
q̄ occidūt corp⁹/ aīa3
aūt nō poſſūt occide/
re: ſ; poti⁹ timete eū q̄
poteſt corp⁹ et animā
pdere in gehennam.

iſſet i ſyriā: ꝓbās q̄3 ꝙ nō li/
bēter aſpiceret filias chana/
an pat̄ ſu⁹: iuit ad hiſmaelē:
a et dūxit vxorē abſq3 his q̄s
p̄us habebat: meleth filiam
hiſmael/ filij abraā/ ſororē na
b baioth. Igit̄ egrēſſus iacob
c de berſabee: pgēbat arā. Cū
d q3 vēniſſet ad quēdam locū:
e ⁊ vellet i eo reqēſcere pōſt ſo
f lis occubitū/ tulit d̄ lapidib⁹
g q̄ iacebāt: ⁊ ſuppōnens capi/
h ti ſuo/ dōꝛmiuit i eodē loco.
i Viditq3 i ſōmnis ſcalā ſtātē

☞ Cūctę trib⁹ t̃rę

※ Angelos q̃z

※ b ¶ Igit̄ egreſſus iacob de berſabee. Berſabee/ ſa/
tietatis pute⁹: ſignificat ſinū patris: vbi oīs abūdātia/ oīs ſa/
tietas/ oīs ſufficiētia: iuxta illud Joh. xiiij. a. Dn̄e oſtēde nob
patrē ⁊ ſufficit nob. Egreſſus igit̄ iacob de berſabee. i.
chriſt⁹ a patre: c ¶ Pergebat arā. i. in carnē. Aran eñ int̄/
ptat̄ ſublimis: ⁊ caro ita exaltata ē/ vt plus non poſſet. Aug⁹.
Quo eā extolleret alti⁹/ nō haberet: Jdō nubes dr̄ Eſa. xix. a.
Aſcēdet dn̄s ſup nubē leuē: ⁊ igredieт̄ ęgyptū. d ¶ Cūq3 ve/
niſſet ad quēdā locū: id eſt virginis vteꝝ. Et eſt loc⁹ iſte/
illud caſtellū de q̄ Luc̄. x. g. Intrauit ieſus in q̄ddā caſtellū. i.
virginis vterū: Vñ ⁊ in die aſſūptiōis legit̄ illud euāgeliū. e
¶ Poſt ſolis occubitū. i. fide ⁊ religiōe i cordib⁹ hoim iā ſo/
pitis. Sap. xviij. c. Dū mediū ſilentiū cōtinerēt oīa/ ⁊ nox in
curſu ſuo mediū iter haberet: oīpotēs ſermo tu⁹ a regalib⁹ ſe/
dib⁹ venit. Primū ſilentiū fuit añ legē: ſecūdū ſub lege: tertiū
erit tp̄e antichꝛiſti/ qñ fere oēs ſilebūt a laude dei. Itē mūd⁹ ē
int̄ cęlū ⁊ infernū: ⁊ iſtud mediū/ nox peccati ⁊ ignorātię totū
inuoluerat: ⁊ h̄ eſt: ⁊ nox i ſuo curſu mediū iter h̄ret. f ¶ Tulit
de lapidib⁹. Lapis/ hūana natura/ in pctō obdurata. Mul
ti lapides/ multi hoīes. De lapidib⁹ tulit: ⁊ vnū capiti ſuo ſup
poſuit. i. naturā hoīs vni⁹ aſſumpſit. Per caput diuinitas/ cui
ſubiecta ē caro chꝛiſti. j. Cor̄. xj. a. Oīs viri caput chꝛiſt⁹: ca
put aūt mulieris/ vir: caput v̄o chꝛiſti/ de⁹. h ¶ Dormiuit in
eodē loco. i. chꝛiſt⁹ qeuit i mūdo. Fuit ſil̄ cōpꝛehēſoꝛ ⁊ via/
toꝛ: nec laboꝛ vię impediebat vl̄ minuebat fruitionē glīę. Vel
Pſ. 3. Dormiuit/ i cruce: Vñ Pſ. Dormiui ⁊ ſomnū cępi. i ¶ Vi
ditq3 i ſomnis ſcalā. Scala/ chꝛiſt⁹: p quā aſcendit̄ i cęlū.
Joh. x. b. Ego ſū oſtiū: p me ſi q̄s itroierit/ ſaluabit̄. Et alibi:
Joh. 14. a. Nemo venit ad patrē/ niſi p me. Quippe ſcala ē attingēs a t̃ra
i cęlū. Sap. xviij. c. Proſilijt gladi⁹ acut⁹/ iſimulatū imperiū
tuū poꝛtās: ⁊ ſtās repleuit oīa moꝛte: ⁊ vſq3 ad cęlū attigebat
ſtans i terra. Duo latera/ duę naturę/ diuinitas. ſ. ⁊ hūanitas.
Grad⁹ q̄ttuoꝛ. Hūilitas in natiuitate. Phil̄. ij. a. Exinaniuit
Pſ. 17. ſe/ foꝛmā ſui accipiēs. Pſ. Inclinauit cęlos: vl̄ cęlū/ alia lr̄a:
⁊ deſcēdit. Pauptas in p̄ſepio. Luc̄. ij. b. Et h̄ vobis ſignū:
Inuenieт̄ infantē pānis inuolutū/ ⁊ poſitū i p̄ſepio. ij. Cor̄.
viij. b. Scitis gratiā dn̄i nr̄i ieſu chꝛiſti: qm̄ ꝓpter vos egenus
fact⁹ ē/ cū eſſet diues: vt illi⁹ inopia/ vos diuites eſſetis. Ter/
tius grad⁹/ charitas i ꝓgreſſu vitę: Oīa eñ ex charitate fec̄.
Joh. xiij. d. Mandatū nouū do vobis/ vt diligatis inuicē ſic̄
dilexi vos. Cant̄. iij. d. Ferculū fecit ſibi rex ſalomō de lignis
libani: colūnas ei⁹ fecit argēteas: reclinatoꝛiū aureū: aſcēſum
purpureū: media charitate ꝯſtrauit/ ꝓpt̄ filias hierl̄m. Quart⁹
grad⁹/ obediētia i paſſiōe. Phil̄. ij. a. Factus obediēs vſq3 ad
moꝛtē/ moꝛtē aūt crucis. Per hos q̄ttuoꝛ grad⁹ opoꝛtet aſcē/
dere in cęlū/ nec eſt alia via. Matth. xvj. d. Si q̄s vult venire
poſt me: i cęlū. ſ. Ecce hūilitas: Abneget ſemetipſū. i. ſe/ ſuos
⁊ ſua/ Ecce pauptas: Et tollat crucē ſuā/ Ecce obedientia: Et
ſequat̄ me/ Ecce charitas. Eſa. xxx. e. Erūt oculi tui vidētes
p̄ceptoꝛē tuū: ⁊ aures audiēt verbū poſt tergū monētis: Hęc
eſt via/ ambulate in ea: neq3 ad dexterā/ neq3 ad ſiniſtrā. i. nec
ꝓſpitas/ nec aduerſitas debet ab hac via auertere. Ad hęc q̄t/

* b ¶ Igit̄ egreſſ⁹ Moꝛaliter
iacob. Jacob. i. iuſt⁹
egreſſ⁹ d̄ berſabee. i. d̄ puteo pctōꝝ: d̄ q̄ Pſ. Neq3 vrgeat ſup Pſ. 68.
me pute⁹ os ſuū. Et bñ dr̄ berſabee pute⁹ ſeptim⁹/ ꝓpt̄. vij. cri/
mialia/ q̄ ſt̄. vij. flumia ęgypti. Eſa. xj. d. Percutiet eū i ſeptē
riuiſ. Hęc ſūt ſeptē capita dꝛaconis: Apoc̄. xij. a. Hi ſt̄ ſeptē
ꝓpl̄i/ q̄s eiecerūt filij iſrl̄ de t̃ra ꝓmiſſiōis: Deut̄. vij. a. Hę ſt̄
ſeptē vię: d̄ q̄b⁹ Deut̄. xxviij. c. Per vnā viā egredieт̄ ꝯ̄ ho/
ſtes: et p ſeptē fugies. Hi ſt̄ ſeptē ſpūs neq̄oꝛes: d̄ q̄b⁹ Luc̄.
xj. c. Cū imūd⁹ ſpūs exierit ab hoīe/ āmbulat p loca ⁊c̄. vſq3: ⁊
aſſumit ſeptē alios ſpūs neq̄oꝛes ſe/ ⁊ ingreſſi habitāt ibi. c
¶ Pergebat arā: q̄ iterp̄tat̄ ſublimis. Et ē rect⁹ oꝛdo/ ꝙ hō
exiēs d̄ puteo pctōꝝ/ aſcēdat i ſblime v̄tutū: vt vbi abūdauit Roma. 5. d.
iniq̄tas: ſupabūdet ⁊ gr̄a. Eſa. ij. a. Venite/ aſcēdam⁹ ad mōtē
dn̄i et ad domū dei iacob: ⁊ docebit nos vias ſuas/ ⁊ āmbula/
bim⁹ i ſemitis ei⁹. d ¶ Cūq3 ⁊c̄. vellet i eo reqēſcere p⁹
ſolis occubitū. Aug⁹. In itinere doꝛmire/ ē in via hui⁹ ſę/
culi ab ipedimēto actionū ſęc̄lariū q̄eſcere. Jacob doꝛmiēs/
angelos vidit: q2 illi diuina cōſpiciūt/ q̄ ab appetitu tp̄aliū re/
rū oculos claudūt. De h̄ ſomno Cant̄. v. a. Ego doꝛmio/ et
coꝛ meū vigilat. Nota aūt qd̄ dicit: Cū veniſſet ad locū quē/
dā/ voluit q̄eſcere poſt ſolis occubitū: nō in die/ qñ laboꝛādū
ē/ vt faciūt voluptuoſi: ſ; finito laboꝛe. Matth. xx. a. Cū ſero
factū eēt/ dicit dn̄s vineę ꝓcuratoꝛi ſuo: voca oparios/ ⁊ red/
de illis mercedē. Sic d3 eſſe poſt laboꝛē reqēs. S3 Eſa. xiiij.
d. Lucifer anteq̄3 laboꝛaſſet dixit: In cęlū cōſcēdā: ſup aſtra
cęli exaltabo ſoliū meum: ſedebo in mōte teſtamenti. Bern̄.
Miſer q̄d laboꝛaſti/ vt ſedere debeas: Itē nota ꝙ dicit: Ad
locū quēdā: nō ad loca. In multis eñ locis nō eſt requies
ſ; diſcurſus. Eſa. xix. c. Miſcuit dn̄s ſpm̄ vertiginis i medio/
⁊ errare fecerūt ęgyptū. f ¶ Tulit de lapidib⁹. Lapides/
ſūt ſancti i facto ſuo ꝯſtātes ⁊ firmi. Zach. ix. d. Lapides ſcti
eleuant̄ ſup terrā ei⁹. Tollere ḡ de lapidib⁹ vnū/ eſt aliquē ſan
ctoꝝ imitari. Job. v. a. Voca ſi eſt q̄ tibi rn̄deat: et ad aliquē
ſctōꝝ ꝯuertere. g ¶ Suppoñēs capiti. Greg⁹. Caput po
nit i lapide: q̄ chꝛiſto ih̄ęret mēte/ a t̃renis remot⁹/ ad ſupna
itent⁹. Hic erubeſcere poſſūt religioſi: q̄ ceruicalia mollia tā/
ta ambitiōe q̄rūt: ⁊ etiā doꝛſalia femoꝛib⁹ ⁊ lūbis ſubſternūt:
vt ſi videas/ putes ſponſas nō monachos ibi ſedere. Ezech.
xiij. c. Vę q̄ cōſuūt puluillos/ ſub omī cubito man⁹: et faciūt
ceruicalia ſub capite vniuerſę ętat̄. i ¶ Viditq3 ⁊c̄. ſcalā.
Scala/ pn̄itētia ſiue vita clauſtralis: Duo latera/ veſt̄ aſpi/
tas/ ⁊ vitę vilitas. Per vilitatē/ nec glīā q̄rim⁹/ nec ꝯ̄tumelias
reputamus. Hiero⁹. Qui gloꝛiā nō q̄rit/ cōtumeliā nō ſentit.
Per aſperitatē/ nec mollia quęrim⁹/ nec moleſtias timemus:
ſicut dicit. Innitenti enim alteri lateri ſcalę/ periculoſus eſt
aſcenſus. Plerīq3 vilitatem non curātes/ mollicīē carnis am/
plexant̄. Alij auſteri ſm̄ carnē/ vilipendi nullatenus ſuſtinēt.
Gradus hui⁹ ſcalę ſunt quattuoꝛ: Vitę pręteritę recoꝛdatio:
hinc pudoꝛ de peccato cōmiſſo: doloꝛ de bono amiſſo: timoꝛ
de ſupplicio ꝓ merito. Secūdus gradus/ eſt peccati abomīa/
tio/ peccati dico coꝛdis/ oꝛis et operis. Tertius gradus eſt
peccati confeſſio/ nuda/ vera/ volūtaria. Quartus gradus eſt
ſatiſfactio/ deo per oꝛationem: ſibi per carnis macerationem:
pꝛoximo per elemoſynarum largitionem. Cacumen ſcalę qd̄
tangit cęlū/ ſpes gloꝛię: Inferioꝛ ps ſcalę: timoꝛ pęne ęternę.
* Angelos q̄3 dei

l Cūcte tribus terre.i.aliqui de omib⁹ tribub⁹. m Ero
Pſ.120. cuſtos tuus. Pſ. Dñs cuſtodiat introitū tuū ⁊ exitū tuū.
r Q̄ terribilis eſt: q2 ibi futurū erat tabernaculū. Q̄ ter/
ribilis. Hic de trib⁹ ꝓphetat. De lege: q̄ terribilit̄ data eſt.
Exo.xix.c. Iā terti⁹ dies aduenerat: ⁊ māe īclaruerat: ⁊ cepe/
rūt audiri tonitrua ac
micare fulgura. De tē
plo ibi futuro. Vñ dic:
88.diſ.c.1. t Domus dei. De
1.q.7.c.plerūq; chriſti paſſiōe: ibi: v
.§.bis itaq; Porta celi: Tūc
em̄ apta eſt ianua pa/
radiſi. z In titu/
lū.i.ī cōmēdabilē me/
moriā viſiōis. Et dic
Al.ſermen Aug⁹. q nō fudit oleū
vt idolatra:
Myſtice a Angelos q̄z
dei aſcēdētes ⁊c:
Triplicit̄. Prio ad lit
terā deſcēdebāt āgeli:
ad obſeq̄ndū chriſto.
Matth. iiij. b. Ecce

ſup terrā/et cacumē illi⁹ tan/
a gens celum: angelos q̄z dei
aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ꝑ eā:
b c et dñm innixū ſcale/dicentē
ſibi: Ego ſum dñs de⁹ abraā
d patr̄ tui ⁊ de⁹ iſaac. Terrā i
q̄ dormis tibi dabo ⁊ ſemini
e tuo: eritq; ſemē tuū ſic pul/
f uis tre. Dilataberis ad ori/
g h entē ⁊ occidētē ⁊ ſeptētrio/
i k nē ⁊ meridiē: et bñdicent̄ i te
l ⁊ in ſemie tuo cūcte tribus
m terre. Et ero cuſtos tu⁹ quo/

cūq; prexeris: ⁊ reducā te in
trā hāc/nec dimittā niſi cō/
pleuero vniuerſa que dixi.
n Cūmq; euigilaſſet iacob de
o ſomno/ait: Vere dominus ē
p in loco iſto: et ego neſciebā.
q r Pauēſq;: q̄ terribilis eſt in/
s quit locus iſte: Nō eſt hic
t v aliō niſi domus dei et porta
x celi. Surgens ergo mane:
y tulit lapidem quē ſuppoſue/
z rat capiti ſuo: ⁊ erexit in titu/
a lū fundens oleum deſuper.

tua ſicut calcantiū in torculari. n Cūq; euigilaſſet ia/
cob ⁊c. Cū dñs ſurrexiſſet a mortuis/oſtendit gloriā eſſe in
cruce. Gal. vlti.d. Abſit mihi gloriari/niſi in cruce ⁊c. Job
xxviij.b. Sapiētia vbi inuenit̄: et quis eſt locus intelligētie:
Neſcit hō p̄ciū ei⁹: nec inuenit̄ in terra ſuauiter viuētiū. p
Et ego neſciebā:
id eſt ante paſſionē nō
notificaui/ q in cruce
eſſet gl̄ia.i.Cor.i.c.
Verbū cruc̄ peꝛeūtib⁹
q̄dē ſtulticia ē: his aūt
q̄ ſalui fiūt.i.nob/virtuſ
dei ē. q Pauēſq;:
quia pauit chriſt⁹ de
cruce ſc̄m ſenſualitatē. B
Vel in mēbris. Mar/
ci.xiiij.d. Cepit ieſus
pauere et tedere. r
Q̄ terribilis ē loc⁹
iſte.i.crux diabolo: q2
ꝑ crucē vict⁹ ē diabol⁹/
⁊ captiui libati. Sap.
xiiij.a. Bñdictū lignū
ꝑ quod fit iuſticia. s

āgeli acceſſerūt ⁊ miſtrabāt ei. Et aſcēdebāt ad ꝯtēplādū. Iu/
dic.xiij.d. Cū aſcēderet flāma altar̄ ī celū/angel⁹ dñi p̄it ī flā
ma aſcēdit. Joh.i.g. Videbit̄ celū aptū/⁊ āgelos dei aſcēdē/
tes ⁊ deſcēdētes ſup filiū hois. Vl' Angelos.i.p̄dicatores/
nūc hūilia/nūc ſblimia p̄dicātes.ij.Cor.v.c. Siue mēte exce
dim⁹ deo/ſiue ſobrij ſum⁹ vob.i.Cor.ij.a. Nō iudicaui me
aliquid ſcire int̄ vos/niſi ieſū chriſtū: ⁊ hūc crucifixū. Et.ī.b.
Sapientiā loq̄mur int̄ ꝑfectos. Vel Angelos/euāgeliſtas:
qui mō ſublimia diuinitatis: mō infirma hūanitatis loquunt̄.
Joh.1.a In p̄ncipio erat verbū/Ecce aſcēſus: Et verbū caro factū ē/
Ecce deſcēſus. Ezech.i.d. Aialia ibāt ⁊ reuertebant̄. Et.ī.e.
Cū ſtantib⁹ ſtabāt: et cū eleuatis a terra ꝑiter leuabant̄: ⁊ ro/
te ſequētes ea. Vel Scala.i.ſacra ſcriptura/attingens a terra
vſq; ī celū: q2 ō hūanitate ⁊ diuinitate chriſti loq̄t. Duo late/
ra/duo teſtamēta. Quattuor gd⁹/q̄ttuor genera expoſitiōis:
hiſtorica: allegorica: tropologica: anagogica. Vel/p̄cepta/ꝓ/
miſſa/iudicia/ꝯſilia. Vel/Angeli aſcēdētes ⁊ deſcēdētes ꝑ eā/
ſunt doctores. Vel Scala/crux. Duo latera: mortis ignīnia.
Sap.ij.d. Morte turpiſſima cōdemnem⁹ eū. Et mortis an/
guſtia. Thren.i.d. Attendite ⁊ videte/ſi eſt dolor ſicut dolor
meus. Quattuor grad⁹: obediētia: patiētia: innocētia/⁊ cōſtā/
tia. Angeli aſcēdētes ⁊ deſcēdentes/chriſti imitatores: q̄ quā/
to deſcendūt ad vilia ⁊ aſpera/tanto aſcendūt ad gloriā ⁊ deli/
tias p̄adiſi. b Et dñm innixū ſcale.i.chriſtū affixum in
cruce. c Dicentem ſibi ⁊c. Hoc eſt qō dicit dñs in cruce
pendēs/latroni in cruce pendēti.i. cuilibet penitentiā facienti:
Hodie mecū eris in paradiſo: Luc.xxiij.f. Vel/Dñs innix⁹
ſcale: deus pater/dicēs filio in cruce dormiēti: d Terrā in
qua dormis/tibi dabo ⁊ ſemini tuo: id eſt te imitātib⁹.
e Eritq; ſemē tuū ſicut puluis.i. tui ſequaces erūt mo/
dici ꝑ hūilitatem/ſteriles ꝑ reputationē. Luc.xvij.c. Serui
inutiles ſumus. f Dilataberis ad orientē: ꝑ lucē fidei.
g Et occidentē: ꝑ occaſū peccati. h Et ſeptētrionē:
ꝑ carnis mortificationē. i Et meridie: ꝑ charitatis feruo/
rē. Hi ſunt q̄ttuor venti: de quib⁹ Ezech.xxxvij.c. Hec dicit
dñs: A q̄ttuor ventis veni ſpūs: ⁊ inſuffla ſup īterfectos iſtos
et reuiuiſcāt. k Et bñdicent̄ in te. Vñ in omi bñdictiōe
fit ſignū crucis. m Ero cuſtos tu⁹. Pater filiū cuſtodit/⁊
Pſ.120. venientē ī mūdū/⁊ exeūtē de mūdo. Pſ. Dñs cuſtodiat itroi/
tū tuū ⁊ exitū tuū ⁊c. Et chriſt⁹ cuſtos fuit iacob.i.ꝑp̄li chriſti/
Pſ.126. ani. Pſ. Niſi dñs cuſtodierit ciuitatē ⁊c. Eſa.xxi.c. Cuſtos q̄
ō nocte: cuſtos q̄ ō nocte.i.cuſtos q̄ ō nocte aduerſitat̄ et pcti
liberas: q̄d ad te de nocte penalitatis hūane: q.d.q̄ de pctō
liberas: q̄re ꝓ pctis pater̄: Hoc ē qō legit̄ Eſa.lxiij.a. Ego
ſū q̄ loq̄r iuſticiā: ⁊ ꝓpugnator ſū ad ſaluādū. Ita dic dñs. Et
reſpōdent angeli: Quare ḡ rubrū ē indumētū tuū: ⁊ veſtimēta

Nō ē h aliud niſi dom⁹ dei ⁊ porta celi. Crux dī do/
m⁹ dei: q2 ī ea hītant filij dei. Vñ Pſ. Elegi abiect⁹ eē ī do/ Pſ.83.
mo dei mei/mag̅ q̄ hītare ī tabnacul' pctōꝝ. Et: Beati q̄ ha Ibidem
bitāt ī domo tua dñe: ī ſeculū ſecl'i laudabūt te. v Porta
celi/dī: q2 nō niſi ꝑ eā intrat̄ ī regnū. Act.xiiij.d. Per mul/
tas tribulatiōes oportet nos itrare ī regnū celoꝝ. Pſ. Hec Pſ.117.
porta dñi: iuſti intrabūt ꝑ eā. Hec ē porta atrij/q̄ reſpicit ad
viā aq̄lōis: Ezech.xl.c. x Surgēs ḡ mane: ī die r̄ſurre/
ctiōis: y Tulit lapidē quē ſuppoſuerat capiti ſuo:
⁊ erexit ī titulū: q̄ſi.ſ. hūanitatē diuitati ſbiectā dote īmor
talitatis dotauit: vel ī aſcēſiōe. Chriſt⁹ ḡ lapis ē: et caput cui
ſupponit̄. Sz lapis ſc̄m qō hō. Daniel.ij.e. Abſciſ⁹ ē ō mōte
lapis ſine manib⁹: ⁊ ꝑcuſſit ſtatuā. De eodē lapide dī Zach.
iij.d. Sup lapidē vnū/ſeptē oculi ſūt.i.ſeptē dona ſpūſſancti:
De quib⁹ Eſa.xi.a. Requieſcet ſup eū ſpūs dñi ⁊c. He ſeptē
mlieres: de q̄b⁹ Eſa.iiij.a. Apph̄endēt ſeptē mulieres virū
vnū. Caput dicit̄ ſc̄m qō de⁹. a Fundēs oleū.i.oſtēdēs
ſe inunctū oleo leticie p̄ cōſortibus ſuis. Et hoc eſt qō dicit:
deſup: vel ſup.i.a p̄re. Cant.i.a. Oleū effuſū nomē tuū. Pſ.44.
Appellauitq; ⁊c.
a Angelos q̄z dei ⁊c. Angeli aſcēdētes ⁊ deſcendē/ Moraliter
tes ꝑ hanc ſcalā/viri iuſti/aſcēdētes ꝑ ꝓfectū ō bono ī meli⁹:
deſcēdētes ꝑ hūilitatē. Cant.iiij.b. Vadā ad mōtē myrrhe/
et ad collem thuris. b Et dñm innixū ſcale ⁊c. Hoc
eſt: q dñs penitentes cōfortat/ꝓ bona penitētia/magna ꝓ/
mittēs p̄mia.ij.Cor.iiij.d. Id qō in p̄ſenti eſt momētaneū
et leue tribulatiōis noſtre: ſupra modū in ſublimitate eternū
glorie pond⁹ opat̄ ī nobis: nō ꝯtēplantib⁹ nobis q̄ vident̄: ſz
q̄ nō vident̄. m Ero cuſtos. Ad ſimilitudinē nutricis: q̄
ſemꝑ oculos hz ad puerū quocūq; ꝑgat. Eſa.xlix.d. In ma/
nib⁹ meis deſcripſi te: muri tui añ oc'los meos ſp. n Cūq;
euigilaſſet iacob. Jacob euigilat: q̄ñ clauſtralis ſurgit de
ꝯtēplatiōe/et cōſiderat vitā clauſtri/⁊ penitētiā. Et tūc dicit:
o Vere dñs ⁊c. In ꝯtēplatiōis em̄ ocio/ſepe fructus pe/
nitētie p̄libat̄. r Q̄ terribilis ē loc⁹ iſte.i.penitētia/vel
clauſtrū demonib⁹.ſ.⁊ filijs eoꝝ. Hoc ē qō legit̄ Judic.vij.
f. q madianite ꝑterriti ⁊ turbati/fugerūt: cū gedeon ⁊ ſocij ei⁹
lagenas q̄s tenebāt manib⁹/cōfregerūt. y Tulit lapidē
quē ſuppoſuerat ⁊c. et erexit in titulū. Lapis chriſt⁹
tunc capiti ſupponit̄: quando ei⁹ hūanitatē attendim⁹. Tūc
erigit̄ in titulū: q̄ñ eius diuinitatem recordamur. Cant.ij.b.
Leua ei⁹ ſb capite meo.i.fides hūanitat̄ chriſti ī mēte mea:
et dextera eius amplexabit̄ me.i.virt⁹ ſue diuinitatis/ducu/
cet me ad amplex⁹ ſpōſi. a Fundens oleū deſup. Sup
chriſti paſſionē oleū deuotiōis ⁊ cōpaſſiōis debet fundi. Vñ
Joh.xij.a. Maria vnxit vnguēto pedes ieſu. Et Luce.vij.f.

ꝟ vt idolatra: ſed quia vidit chriſtū naſciturū/ qui vnctus ē oleo letície. Unde domū ſiue vrbem illam vocauit b Bethel: id eſt domū dei: quia ei ꝓxima ē bethleē/ vbi nat⁹ eſt chriſt⁹. Pri⁹ aūt vocabaṫ illa ciuitas luça .i. nux vel amygdal⁹: quia cū fūdamēta illi⁹ iacerēṫ/ inuēta ē ibi radix amygdali. Uel ꝓꝑ abūdantia hui⁹ generis arborum eſt ibi.

De noīb⁹ hieruſalem — Hec eſt hieruſalē: que multis alijs nominib⁹ appellaṫ. Solyma: luça: bethel: hieroſolyma: hieb⁹: Elia: vrbs ſacra/ hieruſalē dicit atq̄ ſalem. Itē videṫ ꝙ iacob fecerit contra illud Leuit. xxvi. a. Nec titulos erigetis/ nec inſignē lapidē ponetis ī t̄ra vr̄a. Solo. Lex iſta data fuit poſtea ad vitandam idolatriā: Jacob aūt h̄ ī figura et ſignificatiōe. — Al. dn̄s

> a Appellauitq̄ nomen vrbis
> b bethel/ q̄ ꝑus luça vocabaṫ.
> Uouit etiā votū/ dicens: Si fuerit † de⁹ mecū: et cuſtodierit me ī via ꝑ quā ambulo: et dederit mihi panē ad veſcēdū/ ⁊ veſtimētū ad induēdū/ reuerſuſq̄ fuero ꝓſpe ad domū patris mei: erit mihi dn̄s in deū/ ⁊ lapis iſte quē erexi ī
> c titulū: vocabiṫ domus dei:

ē/ dom⁹ dei ibi future: c Uocabiṫ dom⁹ dei. Prophetia Ibi ipſe rediēs/ deo ſacrificauit.

ꝟ d Profect⁹ ḡ iacob ⁊c̄. Dixitq̄

Myſtice ✠ a Appellauitq̄ ⁊c̄. Bethel interpretaṫ domus dei: Luça/ nux: que habet corticē amarā exterius: teſtā duram in medio: nucleū dulcē intrinſecus: Hec eſt crux: q̄ an̄ paſſionē amara q̄dem erat et dura: Sed fracta eſt nux/ ⁊ apparuit nudeus dulcis: ⁊ dicta eſt bethel .i. domus dei. Item deus dicit

Quō deus ineſt rebus — ineſſe rebus ꝑ naturā/ trib⁹ modis: Per potentiā: ꝑ p̄ſentiā: ꝑ eſſentiā. Item ꝑ gratiā: Et hoc trib⁹ modis: In habitatione/ vt in iuſtis: efficacia/ vt in ſacramētis: myſterio/ vt in colūba. Item ꝑ vnionē: Et hoc trib⁹ modis: Ad naturā humanā/ vt in chriſto: ad carnem/ vt in ſepulchro: ad animā/ vt in inferno. Item ꝑ gloriā: Et hoc tribus modis: In vi rōnabili/ inquā-tū veritas per cognitionē: in cōcupiſcibili/ inquātū bonitas ꝑ dilectionē: in iraſcibili/ inquātū maieſtas ꝑ reuerentiā ⁊ ſubiectionē. Itē ꝑ corporalē p̄ſentiā: Et hoc in tribus modis: In vtero virginis/ ꝑ cōceptionē: in mundo/ ꝑ eruditionē: in celo empyreo/ ꝑ fruitionē. Itē ꝑ miraculoꝝ opationē. Exo. viij. c. Digitus dei eſt hic. Per deuotam ſeruitij exhibitionem/ vt in clauſtro ſanctoꝝ viroꝝ. Item ꝑ occultoꝝ reuelationē/ hic. Itē ꝑ veſtigioꝝ eius excellentē repreſentationē/ vt in celo: in quo relucet maxime veſtigium potentie/ ſapientie/ bonitatis diuine. Eſa. vlti. a. Celum mihi ſedes eſt. Item ꝑ nature identitatē: ſic pater in filio/ et fili⁹ in patre. Joh. xiiij. b. Nōne credis/ q2 ego in patre ⁊ pater in me eſt? Et dicit Hilarius/ ꝓpter nature vnitatē dī h̄. Itē de⁹ eſt ī ſeipſo/ vt alpha et ω: in mūdo/ vt creator et recreator: in angelo/ vt decor ⁊ ſapor: ī eccl̄ia/ vt paterfamilias in domo.

## Expo. Ca. XXIX.

Myſtice d Profectus ḡ iacob ⁊c̄. Myſtice: Jacob .i. chriſtus/ egreſſus a patre/ venit in mūdū: vel ī iudeā/ q̄ dr̄ orientalis/ eo ꝙ ad orietē ſita ē: vel q2 ibi ort⁹ ē ſol iuſticie. Joh. iiij. c. Salus ex iudeis eſt. e Et vidit puteū in agro .i. ſacrā ſcripturā in patulo. Et dicit ſacra ſcriptura puteus ⁊ fons: Sed pute⁹/ vbi difficilis ⁊ obſcura: fons/ vbi facilis ⁊ apta. Uel puteus quātū ad vet⁹ teſtamentū: fons quātū ad nouū. f Treſq̄ greges ⁊c̄ .i. tres ſectas iudeorū .ſ. phariſeorum/ ſaduceorum/ eſſeorum: ad ſcripturā veteris teſtamēti expectantiū. Joh. v. a. Eſt autē hieroſolymis probatica piſcina: quinq̄ porticus habēs: in his iacebat multitudo magna languentiū: cecorum/ claudorum/ aridorū expectantiū aque motū. Et notanṫ hic quinq̄/ q̄ neceſſaria ſunt accedēti ad puteū ſacre ſcripture .ſ. hūilitas/ ſimplicitas/ manſuetudo/ diligentia/ quies. Quis em̄ hūilis ⁊ ſimplex ⁊ māſueta ē. Per hoc ꝙ dicit/ accubātes/ quies: ꝑ hoc qḋ dicit/ iux̄ puteū/ diligētia. Hūilitas quidē neceſſaria eſt. Sup̄bis em̄ reſiſtit dn̄s: hūilibus autē dat gratiā: Jaco. iiij. b. Matth. xi. d. Cōfiteor tibi dn̄e paṫ celi ⁊ t̄re: q2 abſcōdiſti hec a ſapiētib⁹ et prudētibus/ ⁊ reuelaſti ea puulis. Simplicitas neceſſaria ē. Sap. j. a. Sentite de dn̄o in bonitate: ⁊ ī ſimplicitate cordis q̄rite illū. Māſuetudo neceſſaria ē. Ps̄. Docebit mites vias ſuas. Diligētia neceſſaria eſt. Exo. ij. c. Moyſes fugiēs de egypto .i. de mūdo: ſedit iuxta puteū .i. ſacrā ſcripturā: cui⁹ p̄ceptis firmiter inherere debet quiſq̄s mūdū deſerit. Deuṫ. vj. b. Erūt verba hec q̄ ego p̄cipio tibi hodie ī corde tuo: ⁊ narrabis ea filijs tuis/ et meditaberis ſedēs ī domo tua/ ⁊ ambulans in itinere: dormiens atq̄ cōſurgēs: et ligabis ea q̄ſi ſignū ī manu tua. Seneca. Ociū ſine l̄ris mors eſt. Itē quies a curis huius mūdi eſt neceſſaria. ij. Timoth. ij. a. Nemo militans deo/ implicat ſe negocijs ſecularibus. Eccl̄i. xxxviij. c. Scribe ſapientiā in tempore vacuitatis: et qui minoraṫ actu ſapientiā ꝑcipiet. — Ps̄. 24. — 16. q. 7. c. decimas deo — A — Al. † Moſes

> cūctorūq̄ que dederis mihi decimas offeram tibi.
>
> **Ca. XXIX.**
>
> d P Rōfect⁹ ergo iacob venit in terrā ori-
> e entalem: ēt vidit puteum in
> f agro: trēſq̄ greges ouiū accubantes iuxta eū. Nam ex
> g illo adaquabāṫ pecora: ⁊ ōs ei⁹ grandi lapide claudebaṫ.
> h † Moriſq̄ erat vt cūctl̄ ouib⁹ cōgregatis deuoluerēt lapi-

g Os eius grandi lapide claudebatur: id eſt lex vetus myſticis figuris ⁊ obſcuris tegebaṫ: Nec fuit apertū os putei: id eſt ſpiritualis intelligentia ſacre ſcripture apta/ donec venit iacob q̄ apuit eā. Hoc eſt qḋ legiṫ Apocl. v. a. Nemo dign⁹ inuēt⁹ ē apire libꝝ nec videre eū. Et vn⁹ de ſeniorib⁹ dixit mihi: ne fleueris: Ecce vicit leo de tribu iuda: radix dauid aperire librum et ſoluere ſeptem ſignacula eius. Exo. xxxiiij. d. Uelamē erat ſuꝑ faciē moyſi. h Moriſq̄ erat vt cūctis ouibus cōgregatl̄. Pute⁹ apiṫ a iacob: hoc eſt ꝙ diſcipulis cōgregatis in vnū/ ſpūſſanct⁹ miſſus ē: qui apuit eis ſpūalē intelligentiā oīm ſcripturarū. Actl̄. ij. a. Erāt oēs diſcipl̄i pariṫ ī eodē loco: ⁊ fact⁹ ē repēte d̄ celo ſon⁹ ✠ tāq̄ adueniētis ſpirit⁹

Moraliter: d Profectus ḡ iacob ⁊c̄. Hoc eſt ꝙ chriſtus venit in animā iuſti/ que dicit orientalis: quia ſolum illum querit ⁊ diligit: cuius nomē oriens. Uenit autem deus in animā tribus modis. Primo cum amaritudine ⁊ terrore: quādo .ſ. reducit peccata p̄terita ante oculos: ⁊ incutit terrorem/ cum neſciat homo/ an ſibi dimiſſa ſint/ an nō. Job. x. c. Propter ſup̄biā quaſi leenam capies me: reuerſuſq̄ mirabiliter me crucias. Secūdo venit cū delitijs ꝑadiſi: qn̄ .ſ. infundit deuotionē. Cantl̄. v. a. Ueniat dilect⁹ meus in hortū ſuū vt comedat fructū pomorū ſuoꝝ. Eſa. lxvj. d. Gaudete vniuerſi q̄ lugebatis ⁊ ſugatis/ ⁊ repleamī ab vberib⁹ cōſolatiōis eius/ vt mulgeatis ⁊ delitijs affluatis. Tertio venit ꝑmio/ in diſſolutiōe .ſ. aie a corꝑe. Eſa. lxij. d. Dicite filie ſion/ ecce ſaluator tu⁹ venit: ecce merces ei⁹ cū eo. Sꝫ q̄ merces: Filij merces fruct⁹ vētris. e Uidit puteū .i. cor hūanū clauſū duricia ⁊ obſtinatiōe: qḋ tamē iacob .i. chriſt⁹ aperuit. Ezech. xj. d. Auferā cor lapideū de carne eoꝝ: ⁊ dabo eis cor carneū vt in p̄ceptis meis ambulent. f Treſq̄ greges ouiū accubantes iuxta puteū: cogitationes ſimplices: deſideria ſanctoꝝ: ſuſpiria crebra: que iuxta cor accubāt/ expectātia potum deuotiōis. Sine deuotiōe enim aridum eſt cor humanū: ⁊ ſitiūt greges eius. Ps̄. Anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Johel. j. d. Mugierūt greges armēti: q2 nō ē paſcua eis: ſꝫ greges pecoꝝ diſpierṫ. Et poſtea: Sꝫ ⁊ beſtie agri q̄ſi area ſitiēs imbrē/ ſuſpexerūt ad te: qm̄ exiccati ſūt fontes aquaꝝ: Ecce tres greges iuxta puteū ſitiētes. Ideo Judicl̄. j. c. Axa ſuſpirans et aſino inſidens .i. anima fidelis carnem ſuppeditās/ rogat patrē/ dicens: Da mihi bn̄dictionē pater: quia terrā arentem dediſti mihi: da mihi et irriguam aquis. h Moriſq̄ erat vt cūctis ouibus ⁊c̄. Hoc eſt qn̄ oēs cogitatiōes/ oīa deſideria/ cuncta ſuſpiria/ cōferunṫ in vnū .i. in chriſtū. Tūc tolliṫ lapis .i. cordis duricia/ ⁊ adaquanṫ greges aqua deuotiōis. Cantl̄. iiij. c. Uulneraſti cor meū ſoror ✱ mea in vno — Moraliter — Zach. 6. c. — Ps̄. 126. — Ps̄. 142.

G Profect⁹ ꝰ iacob ꝛc. b Dixitq̄ʒ ad paſtores. i. ad ꝑphetas. d Filiū nachor. i. nepotē. l Sciret conſobrinā: id eſt hoc a paſtoribus didicerat. n Oſculat⁹ eſt eam. Aug⁹. Cōſuetudinis fuit maxime ī illa ſimplicitate antiquorū/ vt ꝓpinqui ꝓpinquas oſcularent̄: et hodie fit in multis locis. Et queri poteſt: quomō illa ab ignoto oſculum accepit/ ſi poſtea indicauit iacob ꝓpinquitatē: Ergo intelligendum eſt: aut illum qui ꝓpinquitatē nouerat fidenter in oſculum ruiſſe:

ſ.43.f. aut poſtea ſcripturam narraſſe ꝑ recapitulationē/ cū primū iacob indicauerit quis eſſet.

B

G Et videbant

Myſtice ✶ tāq̄ʒ aduenientis ſpūs vehementis: ꝛ repleuit totā domū vbi erant ſedētes ꝛc. Itē cūctis gregibus cōgregatis

a dem: ꝛ refectis gregibus rur-
ſum ſuꝑ os putei ponerent.
b Dixitq̄ʒ ad paſtores: Fra-
c tres vnde eſtis? Qui reſpon-
derūt de aran. Quos inter-
rogans: nūquid ait noſtis la-
d bā filiūm nachor? Dixerūt:
Nouimus. Sanus ne eſt in-
e quit? Valet inquiūt. Et ecce
f rachel filiā ei⁹ venit cū grege
ſuo. Dixitq̄ʒ iacob: Adhuc
g multum diei ſupereſt: nec eſt
tempus vt reducant̄ ad cau-
h las greges. Date ante potū
ouibus/ et ſic ad paſtum eas
i reducite. Qui reſponderūt:
Non poſſumus donec om-
nia pecora ɔgregent̄ ꝛ amo-
ueamus lapidem de ore pu-
tei vt adaquemus greges.
Adhuc loquebant̄: et ecce
rachel veniebat cū ouib⁹ pa-
tris ſui. Nā gregē ipſa paſce-
k bat. Quā cū vidiſſet iacob/
l ꝛ ſciret cōſobrinā ſuā: oueſq̄ʒ
labā auūculi ſui: amouit la-
pidē q̄ puteus claudebat̄: et
m n adaq̄to grege oſculat⁹ eſt eā:

aperit̄ puteus: q̄ nō tm̄ vni genti/ ſed omnib⁹ p̄dicata eſt veritas.

Ps.18. Ps. In omnē terrā exiuit ſonus eorum. Joh.xj.g. Erat ieſus moritur⁹ nō ꝓ gente tm̄/ ſed vt filios dei qui erāt diſpſi cōgregaret in vnū. a Et refectis gregib⁹ rurſum ꝛc. Hoc valde timendū ē nobis/ ne noſmetipſi puteū nobis vere intelligētie nouis adinuentiōib⁹ claudam⁹. Eſa.xxix.e. Peribit ſapiētia a ſapiētib⁹ eius: ꝛ intellect⁹ prudentiū eius abſcōdet̄. Et ſubiungit q̄ſi cōminādo cauſam. Ve qui ꝓfundi eſtis corde/ vt a dño abſcōdatis cōſiliū. b Dixitq̄ʒ ad paſtores: Fratres vnde eſtis? Paſtores ſunt ꝓphe: quos vocat dñs fratres: q̄ ex iudeis ſicut ipſi ſm carnē nat⁹ eſt. Hoc aūt qđ interrogat: vnde eſtis/ ſignificat ꝙ nō oēs mittebat dñs: imo multi ſuo ſpū mēdacia ꝓphetabāt: ſicut hodie fit ī multis. Hiere.xxiij.c. Nō mittebā ꝓphetas/ ꝛ ipſi currebāt: nō loquebar ad eos/ ꝛ ipſi ꝓphetabāt. Facit aūt iacob paſtoribus tres q̄ſtiōes. Prima/ Unde eſtis? Et reſpōdent: De aran. Secūda/ Noſtis laban filiū nachor? Et reſpondent: Nouim⁹. Tertia/ Sanus ne eſt? Valet inquiūt. Hec eadē reſpōdere neceſſe eſt paſtores animarū. Querit em̄ chriſt⁹/ Unde eſtis: de terra/ aut de celo? Et dicūt oēs/ de arā: id eſt de celo ſum⁹. Aran em̄ interꝑtat̄ ſublimis: Et ē falſa reſpōſio in ore multorū. Si em̄ de celo eſſent/ celeſtia loquerent̄. Joh.iij.d. Qui de terra eſt/ de terra loquit̄: qui de celo venit ſuꝑ oēs eſt. Judic.xij.b. Dic ꝰ ſebboleth qđ interꝑtat̄ ſpica. Qui reſpōdebat chebboleth/ qđ interꝑtat̄ ſpica palearū. Itē querit chriſt⁹/ Noſtis laban. i. chriſtū/ q̄ ſuo ſanguine animas fideliū dealbauit? Debēt reſpōdere: Nouim⁹/ nō ſolū cognitiōis ꝛ fidei noticia/ ſed affectu ꝛ imitatiōe. Joh.xij.d. Si q̄s mihi miſtrat/ me ſequat̄. Itē querit chriſtus: Sanus ne eſt laban. i. chriſt⁹ in ſe ꝛ in mēbris? Et rn̄dent: Valet. Sed quō ſic

Ps.29. reſpōdent/ cū quotidie moriat̄ ꝛ corrūpat̄? Ps. Que vtilitas in ſanguie ꝛc. Heb.vj.a. Prolapſi ſūt renouari ad penitētiā/ rurſus crucifigētes filiū dei. Pro deo eſt ne ſan⁹ q̄ crucifigit̄? Crucifigūt aūt filiū dei in ſemetipſis: vt ibi dicit Glo. et oſtētui habēt/ q̄ gratiā eius vilipendētes in peccatis iacēt. e Et

Ps.85. ecce rachel. i. gentilitas venit ad fidē. Ps. Oēs gentes q̄ſcūq̄ʒ ꝛc. f Filia ei⁹: q̄ gentilis ꝓplus fili⁹ dei erat ꝑ p̄deſtinationē. g Adhuc multū ꝛc. i. adhuc multū tpis eſt ab aduētu vſq̄ʒ ad iudiciū/ q̄n greges fideliū reducent̄ ad caulas: id eſt ad māſiōes celi. Joh.x.c. Alias oues habeo q̄ nō ſunt ex hoc ouili/ ꝛ illas ꝛc. h Date ante potū ouib⁹ ꝛc. id ē facilia ꝛ difficilia ſimplicib⁹ enodate: dicit dñs paſtorib⁹ aīarū. i Qui rn̄derūt: Nō poſſumus ꝛc. q. d. non licet donec venerit q̄ vētur⁹ ē. Et tūc amot⁹ ē lapis ď ore putei: q̄ chriſt⁹ inuoluta legis myſteria patefecit. Cāt.ij.c. Vox turturis audita ē in t̄ra nr̄a: fic⁹ ꝓtulit groſſos ſuos: vinee florētes odorem dederūt. Hoc ē qđ dicit mulier ſamaritana: Joh.iiij.d. Scio q̄ meſſias venit q̄ dī chriſt⁹. Cū ꝰ venerit ille annūciabit nobis oīa. n Oſculatus eſt eam: id eſt chriſtus recōciliauit ſibi eccleſiā. Hoc eſt oſculū qđ tādiu deſiderauerāt antiqui patres. Cāt.j.a. Oſculetur me ꝛc.

✶ Et eleuata

✱ mea in vno oculorū tuorū: ꝛ ī vno crine colli tui. i. ī vnitate cogitationū tuarū. Qn̄ em̄ vn⁹ ē flux⁹ cogitationū/ nō diuiſus: tūc vulnerat̄ dñs ad amorē. Exo.ix.d. Cōgrega iumēta tua/ ꝛ oīa q̄ ī agro habes: Hoies em̄ ꝛ iumēta ꝛ oīa q̄ īuēta fuerint foris ꝛ nō ɔgregata ď agris/ morient̄. a Et refect. gregib⁹ ꝛc. Nō tātū eſt cōtinu⁹ pot⁹ deuotiōis quātūcūq̄ʒ ſpūalis ſit/ ſʒ aliq̄n interrūpit̄ vt magis deſideret̄: et q̄ fit hō ſpūalis q̄ſi acidioſus. Suꝑ q̄ cōqueritur

C

beat⁹ Bern̄. Ab heri ꝛ nudiuſterti⁹ inuaſit me lāguor q̄dā: et inſolita q̄dā hebetudo ſpūs/ nec legere/ nec meditari/ nec orare delectat. Iō clamat Ps. Redde mihi leticiā ſalutaris tui. Ps.50.

